

65

6

55



Fustis Demonum, Autore R.P.
 Hieronymo Mengo, Vitellianensi,
 Ordinis minorum Regularis Observantiae

Cum Benedictionibus et Remediis
 Flagellum Demonum extractus
 ejusdem Autoris:

Q. est utile contra Maleficos
 atque dicunt, Umbrosos.

~~_____~~
~~_____~~

Exorcismus contra maleficiatos. fol	1
Modus soluendi maleficiatum	14
Benedictio Vite	15
Benedictio Ignis	16
Benedictio Inuensi	19
Alia benedictio Inuensi	20
Conjuratio Chartæ	21
Benedictio Aquæ	22
Alia Benedictio Aquæ	24
Benedictio Vini	28
Benedictio olei	33
Benedictio panis non fermentati	40
Documenta pro exorcistis	45
Benedictio ad quoscumq; solueritis	47
Alia benedictio olei, et modus faciendi	48
Modus soluendi malefictium	49
Mediana pro malefictiatis	50
Benedictio Siruporum	50

Bened. omnium potionum	51
Remedium liberatiuum et preseruat ^{um} .	53
Benedictio Salis et aque	54
Benedictio Domus	63
Benedictio Auri Tur et mirra	76
Lexorizmus Septimus	80
Ad cognoscendum	92
Euangelia	93
Lexorizmus S. Cypriani	96



Exorcismus Sextus ex Fuste Demonum
extractus Potentissimus, mirabilisque
efficacie ad expellendas omnes facturas,
maleficia, prestigia, ligaturas, et Omne
opus nefarium Diaboli de opressis Corpo-
ribus humanis.

Exorcista cupiens cum Deo
adversario maleficatos, et facturatos a De-
monibus, et maleficijs curare, prius debet
perquirere omnia Instrumenta male-
ficialia omni diligentia que poterit,
postea Induetus estola, et pergens
ad ecclesia una cum Infirmo et stans
ante altare posita manu super Caput
maleficiati et illum signo Crucis im-
mens, voce intelligibile, in apima
cum devotione dicat.

In nomine Patris, et Filij, et Spi-
ritus Sancti Amen. Extinguatur
in te N. omnis virtus diaboli, per Im-
positionem manuum mearum, Imo per
Inuocationem omnium Sanctorum Ange-
lorum, Archangelorum, Patriarcharum,
Prophetarum, Apostolorum, Martirum,
Confessorum, atque Virginum, et omnium
simul Sanctorum. Amen.

Deinde Inuocandi Diuinum auxilium
dicat.

V. Adiuuorū nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit celum et terram.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Domine Deus omnipotens, qui es Deus

magnus potentissimus, fortis, et ad-
mirabilis, qui lucem habitas Inacce-
sibilem, qui uniuersa que ex nihilo
condidisti, mirabiliter regis et gubernas:
Deus, cui proprium est misereri sem-
per, et parcere, te supplices deprecamur,
ac petimus, ut misericordiam tuam piis-
simam, super hanc Creaturam tuam
N. ostendere digneris, et libera eam ab
omnibus maleficijs et Incantationibus,
sibi arte diabolica factis Cujuscumque
virtutis, et potentia existant. Domine
Iesu christe, qui Verbum Sapientie, et unius
filius altissimi Patris, per pietatem, et
misericordiam illam, qua in hunc mundum
venisti ut dissolueres opera diaboli, te hu-
militer exoramus ut dissolueres, et ad ni-
hilum redigere omnia Vincula, Incanta-
tiones, fascinoes, prestigia, ligaturas,
et facturas arte diabolica factas huius
famulo tuo N. Cujuscumque conditionis,
virtutis, et potentia existant, Ita ut con-

fringantur, et statim deficiant, sicut
deficit fumus, et sicut fluit cera a facie
ignis, et amoveantur a quocumque loco,
per virtutem Sanctissimi nominis tui.
Custodi quesumus Domine, hunc famu-
lum tuum N. ab omni vinculo diabolico,
nec non a malignis spiritibus, et sicut
liberasti Adam, et genus humanum de
faucibus inferi: et de eterna damnatione,
ita tua pietate et misericordia illum li-
berare. Digneris malefactorum ligami-
nibus. Et tu Deus pater omnipotens
pone manum tuam dexteram plenam
larga benedictione super illum, et reple
eum eternis benedictionibus. Et sicut
tu es Deus omnipotens, cuius voluntati
nemo potest resistere, Domine non per-
mitas aliquem contradicere suis male-
ficijs huic famulo tuo N. a quo hodie,
et semper, omnes insidie, omnes virtu-
tes diaboli, et ministrorum eius elongen-
tur, et ab eo expellantur. Et sicut dig-
natus es solvere vincula Beati Petri Apo-

toli per manus Sancti Angeli tui, ita
 tua misericordia dissolvere. Digneris
 omnes facturas, et maleficia facta,
 vel que fient huic famulo tuo N. ita
 ut non habeant potestatem super eum.
 Resolve ergo Domine Deus omnes Incan-
 tationes, facturas, et omnia maleficia
 Satane, et ministrorum eius, que per
 Invocationes, et virtutes diaboli, facta
 fuerunt, aut fient, huic Creature tue
 N. per eum qui venturus est iudicare
 vivos, et mortuos, et seculum per Ignem. Amen.

Hic exorcista Aspergat aqua
 benedicta Agrotum.

Conjuratio

Conjuro vos H. demones Infernales, spiri-
 tus maligni, qui fecistis malum contra hanc
 creaturam Dei N. et qui fabricastis vel
 conservastis malefiscium contra ipsam
 fabricatum, et factum, per Deum Patrem
 omnipotentem H. Filiumque eius unicum

Dominum nostrum Iesum Christum,
et per Spiritum Sanctum paracletum
ab utroque procedentem: et vobis pre-
cipio, que noxia, et noxia estis huic fa-
mulo Dei N. Ubicumque sitis, sive sitis
maleficia, vel Beneficia, seu prestigia,
aut Incantationes, fascinationes, Signa-
ture, facture, ligature, et omne opus
nefarium diaboli; et ministrorum eius,
sive iam facta, sive que fient agnita
vel Incognita; Per Deum Vivum Per
Deum Verum, Per Deum Sanctum,
et per Sanctissimum tremendum, hono-
randum, et glorificandum, nomen Dei
Adonay, ut non noceatis huic famulo
Dei N. neque illi appropinquetis, nec
ad omnia que ad illum pertinet, sed
recedite ab eo, et ab omnibus rebus eius
et destruantur a potentissima manu
Dei, ut ad nihilum statim deveniat,
et deficiat ab eo, sive defisit fumus,
et sive fluit Cera a facie Ignis, ut re-
moto omni impedimento saltem, et

4
ministorum eius, omni mora posposita,
realiter, et effectualiter, sine fraude, dolo et
fallacia, vos demones destruat omnia male-
ficia, Incantationes, fascinationes, ligaturas
Signaturas, facturas, et omne opus nefarium
diaboli arte Diabolica factum, et per nomen
Dei Vni, et per Virtutem eius, qui est Alpha
et Omega, Principium, et finis, Carens prin-
cipio, et fine, qui ambulat super pennas
Ventorum qui omnia ex nihilo sua omni-
potenti Virtute Creauit per quem omnes
Sancti, et electi Dei beatificantur, in majes-
tate Diuine essentie eius ante cuius faciem
Ignis preceat et Inflammat vos inimicos
suos = Coniuro vos = demones rebelles
Dei omnipotentis et abominabiles spiritus,
inimici triumphatores Iesu christi naza-
reni, spiritus nefandissimi, et predones
Infernales, spiritus Inuidi, spiritus damp-
nati, et reprobi, Inimici humani generis,
qui non Cesastis hanc Creaturam Dei N.
Ledere, et Vestris maleficijs vexare, per
potenciam illius, qui vos in tanta dignitate

Creavit: qui vobis Inexcogitabilem felicitatē
paravit: qui vos Superbientes mox cum Com-
plices vestris eliminavit: qui vos a Consortio
bonorum Spiritualium ad Cedes tartares damp-
nando exterminavit: qui vos ibi Igne et
Sulphure Cruciatos ligavit: qui de Intemerata
Virgine Maria, sumpta carne paribili, pe-
dibus supra mare ambulavit: qui Petro sub
aquis labenti, dexteram porrexit: qui Ceco
nao oculos aperuit: qui Lazarum de monu-
mento suscitavit: qui Mariam Magdalenam
a malignis Spiritibus, et omnibus peccatis:
tum potenter, tum misericorditer absoluit
et liberauit: qui suis Dissipulis per orbis
spatia diffusis, se deserit, et fugavit: qui
in die novissimo te cum tuis Complicibus in
lacum Ignis, et Sulfuris in tenebras per-
petuas relegavit: per Ipsum in quem
vos conjuro, ac potentissime vobis precipio,
per Virtutem omnium Conjuratorum, alli-
gationum, et vinculorum quibus in nomine

Domini nri Jesu Christi Conjurari, Constringi,
Ligari, fugari, Cruciari, torqueri, et Coarc-
tari, Vel ad penas aliquas damnari potestis,
et protinus destruat, et ad nihilum redi-
gatis omnia maleficia, Incantationes, faci-
nationes, facturas, Ligaturas, Signaturas, et
omnia opera diaboli et ministrorum ejus.
Conjuro vos. In demones qui fabricatis,
et Conservatis, et assistitis predictis maleficijs,
et Incantationibus, huic Ceatura Dei N. factis
sive illis sive fabricato in Igne, aere, aqua,
Vel terra: sive ex aliqua Imagine fabricata,
ex qualcumque materia sint, sive maleficiu
sit factum in auro, argento, ere, plumbo, Vel
Lino, sive aliquo filato, ex lana, Lino Vel
bombice, Vel ex plumis animaliu Contextum,
sive illud sit factum ex ossibus hominis
mortui, Vel Animalium quadrupedum, Vola-
tilium, piscium, Vel Serpencium, Vel ex om-
nibus sementibus, et fructibus terre et arbo-
rum Vel maris: sive illud sit fabricatum
ex Carta Virginea, Vel papirea, Vel in ligno

aut in aliquibus herbis, vel lapidibus, aut
in piscibus maris, fluminum, vel Paludum,
sive illud sit in aliquo Christianorum, seu
Hebreorum, vel Paganorum, seu aliorum Infi-
delium, aut sit in agro, vel vinea, sive in
montibus, vallibus, vel in fontibus, vel extra,
et in quacumque parte mundi, sive in Ori-
ente, Occidente meridie, vel Septentrione,
aut sit in vestibus, Cincturis, et omnibus indu-
mentis hujus famuli Dei. N. aut sit in domo,
camera, lecto ejus, aut supra lectum, vel sub
lecto, sive sit in parietibus, tegulis, vel offi-
sinis, aut in rebus domus ejus, aut in ar-
bore, fovea, vel puteo, sive sit in profun-
do sive in abisso, vel in silva, seu in an-
tris, vel spelionis Socraticis, et si est in
deserto loco, vel in flumine aliquo, sive
sit in aquis marium, fontium, fluminum,
et paludum, vel in quacumque statua,
aurea, argentea, erea, plumbea, Cerea,
vel lignea, aut lutea, vel ex quacumque
alia materia fabricata, sive tale mate-

6
fiscium sit factū in annulo, siue sit in
Iuncturis membrorum huius famuli Dei
N. siue sit datum illi in cibo, vel potu,
a quocumque maleficio, vel maleficia, seu
sit positum in fundamentis domus eius,
vel sub limine ostij, aut in Ingressu domus
eius, et in quibuscumque locis, in quibus
ipse habitat, et quiescit, siue illud sit pos-
situm in puteo, fovea, vel Sterquilino, aut
Via, vel Semita, in Horto, vel Conduco, aut
sit in Igne, aere, aqua, et terra, vel Venio,
in quacumque loco nobis noto, vel Ignoto,
per magnam nomen Dei Adonay, et per
virtutem eius, vobis precipio, ut non habea-
tis potestatem Conservandi illud, sed per
virtutem passionis Domini nostri Iesu Chris-
ti, illa ad nihilum redigatis, ac si facta non
fuisent, et per illum, qui orbem contre-
mere facit, vobis Impero, et mando, ut
non habeatis Autoritatem, potestatem,
et virtutem nocendi huic Creatura Dei N.

In die, neque in nocte, orando, nec vigilando,
neque dormiendo, nec estando, neque ambulando,
vel cedendo, Comedendo, aut bibendo, vel ali-
quid aliud faciendo, neque in ulla hora diei,
vel noctis, vel habeatis potestatem, Ingridien-
do domum ejus, Vestris maleficijs, aut ibi
stando, vel morando in ejus domo, Camara,
lecto, et habitatione ejus, neque in ulla
figura apparere ei possitis, illi terrorem
Incurrendo, sed liberam et sanam, sine ulla
letione, anime, et corporis illam relinquantis,
destructis omnibus maleficijs, Incantationib9,
et facturis, illi arte diabolica factis; sicut
Deus liberavit tres pueros de camino Ignis
Ardentis, quos flamma non tetigit, et sicut
Deus resolvit vincula, et ligamina eorum,
ita dissolvantur omnia vincula, ligamina,
et incantationes, omnia que mala fac-
turarum, et omne opus nefarium diaboli,
et ministrorum ejus ab hac Imagine Christi
N. et ab illo removeantur per sanguinem
Domini nostri Jesu Christi, qui pro nostram

Saluam effusus est, et sicut solutum fuit
vinculum lingue Zacarie Prophete, ita
dissolutu huc famulum Dei N. ab omni liga-
mento, et maleficio sibi arte diabolica facto
et ab omni factura, et vinculo diabolico per
potentiam, et virtutem illam, qua Deus diui-
sit mare rubrum per quod populus Is-
raeliticus suis pedibus transiuit, et per
virtutem illam qua Christus Lazarum
a monumento suauit, et languidum
sanauit, atque cecum natum illumina-
uit, et per potentiam illam, qua ipse
portas inferi destruxit, et sua omni po-
tenti virtute Ianuam Celi aperuit.

— + — SS — + — SS — + — SS — + —
Hic exorcista aspergat infirmum
aqua benedicta.
— + — SS — + — SS — + — SS — + —
Oratio

Domine Deus omnipotens Rex eternorum
et moderator omnium seculorum, Incorrupti-
bilis, et ^{inuisibilis} immense maiestatis magnus,
et incomprehensibilis Rector, potens, et

Inmortalis, Adonay, magne, et admirabilis,
Deus Deorum, omniumque Creator, qui cedes
Super cherubim, et Seraphim, Deus, et Pater
Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordi-
arum et Deus totius consolationis, te supp-
lices deprecamur ut tua potenti virtute
per passionem ejusdem filij tui dissolvere
digneris, omnia maleficia, ligamina, et
Incantationes, prestigia, Veneficia, et Colli-
gationes diaboli, et ministrorum ejus, huic
famulo tuo. N. arte diabolica facta, sive
destruxisti magica figmenta magorum
Egyptiorum, et non permittas illi amplius
nocere sed libera eum ab omnibus male-
ficiis, Incantationibus, faurationibus, Liga-
turis, Signaturis, et fatturis, ac malis Or-
bris, et dissolue omnia prestigia, et omne
opus nefarium illi factum. Aperi ei Dñe
Deus meus Januam misericordie tue, et libera
eum per intercessionem Beate Marie matris
Domini nri Jesu Christi, et per omnes sanctos
Angelos, Archangelos, et tronos, et Dominatio-

nes, Principatus, et Potestates, Virtutes,
 Cherubim, et Seraphim, et per sanctum
 Joannem Baptistam, per omnes sanctos
 Patriarchas, et Prophetas, Apostolos, et Euan-
 gelistas tuos: Per omnes sanctos Innocentes,
 Martires, et Confessores, atque Doctores;
 per omnes sanctos Sacerdotes, et Levitas, Mo-
 nachos, et heremitas. Per omnes sanctas
 Virgines, et Viduas, et Continentes; et per
 totam Celestem Curiam; et sicut liberasti
 Susannam de falso crimine, David de manu
 Iohannis, Iudith, et populum suum, de manu
 Holofernis Ducis Regis Assyriorum, sic libe-
 rare digneris hunc famulum tuum N. ab
 omni potestate diaboli, et ministrorum eius,
 et dirumpe omnia vincula maleficorum
 atque constringe omnia maleficia, In-
 cantationes, fascinoes, ligaturas, signa-
 turas, facturas, et omne opus diaboli; et
 machinamenta eius, Per eum qui venturus
 est iudicare vivos, et mortuos, et sedentem per Ignem
 Amen.

Conjuratio

Conjuro vos **†** demones, et omnia que
per maleficium diaboli noxia, et nociva
vobis hinc creatura Dei N. per Deum Patrem
omnipotentem qui divisit lucem a tene-
bris, stabilis celos, et eis mensuram po-
nens: et per illum, qui locutus est Moysi
in monte sinay, quando dedit legem filijs
Israel, et qui in deserto per quadraginta
annis saviavit manna, et ex petra aquam
eduxit eis ad bibendum ut statim, et sine
mora recedatis ab ea, et ipsam sine lesione
relinquatis. Conjuro vos **†** ~~et~~ iterum
per Deum omnipotentem Patrem Domini
nostri Iesu Christi, et per filium eius, et
per spiritum sanctum paraclitum, vo-
bis que precipio quecumque noxia. Vel
nociva vobis, siue in Anima, siue in cor-
pore, siue iam facta, siue fienda, siue
~~colligata~~, siue comissa, siue missa, a qua-
cumque demone, vel maleficio, siue maleficia
vel quali-

Vel qualibet arte Diabolica quo quo modo
fabricata, quibuscumque maleficijs, rebus q̄
noxij̄ doloris, Vel prestigiatis, siue sine pro-
pe, siue sine longe, paucite, et timete
nomen magnum domini nostri Iesu Christi,
per quod ego vos Coniuro, Contringo, Adjuro,
ne noceatis, nec appropinquetis ad hunc fa-
mulum Dei N. neque ad omnia, que ad illum
pertinet. Iterum Coniuro vos † Omnes Spi-
ritus malignos, et demones Infernales, terres-
treos, Igneos, aereos, aqueos, subterraneos, luci-
feros, et omnes spiritus omnium orbium,
et spheris seruentes, et in ipsis habitantes,
et vos omnes maligni spiritus ubicumque
sitis, et habitetis, magni, et parvi in potentia,
de quacumque parte mundi missi estis, ab
Oriente, Occidente, a meridie, et Septentrione,
et ab omnibus partibus totius terre et mun-
di: et vos aereas potestates, et Infernales

principes, et vos omnes spiritus generales
et speciales demoniorum, quibus data est
potestas nocendi huic creaturae Dei N. et ad
maleficia fabricanda, ferenda, et conservanda
contra ipsam, et vobis potentissime, et viri-
liter Impero, ac strictissime mando ex parte
Dei Patris omnipotentis, et Filij eius
Domini nostri Iesu Christi, et in virtute
spiritus Sancti, ut omni mora pos-
posita destruat omnia maleficia, pres-
tigia, Incantationes, fascinoes, omnesque
ligaturas, signaturas, facturas, et omne
opus nefarium diaboli huic creaturae Dei
N. aere diabolica factum, ut ab eo recedant
omnes invidia, et omnis versucia et nequi-
tia diabolice fraudis. Et sicut Moyses exa-
miravit magica fumenta, Janes, et
mambres in Egipto, ita confingantur
omnia maleficia huic famulo Dei N. a dia-

bulo, et eius ministris Inflata, Vel illa 10
data in cibo, Vel potu, seu in quacumque
aliqua malefica superstitione Vel prestigij.
Iterum fortius, et strictius precipio vobis
omnibus Spiritibus Supradictis, et quibuscumque
alijs existentibus in quacumque parte mundi
ex parte Santissima Trinitatis Patris \dagger
et Filij \dagger et Spiritus \dagger Sancti, et per merita
Beate Mariae Virginis, et Omnium Sanctorum
et Sanctorum totius Curie Celestis, quod si
aliquid maleficium datum fuerit huic Crea-
turae Dei N. ad Comedendum, Vel bibendum,
aut si vos, Vel aliquis vestrum, maledicti
Demones, potestis, Vel composuistis in hoc
Corpore, ut non abeatis Virtutem, facultate,
Vel potestatem, Conseruandi illud: Sed pre-
dicta Virtute precipio, ut illud amoveatis,
et cogamini Dissipare omnem Virtutem
illius, et ad nihilum Redigere omnem laqueum

nodum, et quod Siti abstricti, et Compulsi
eum Disjungere, Separare, et Removere
à Visceribus, et ab Intestinis ejus, et ea
per Cessum emittit facere, et sine aliqua
lesione anime et Corporis hujus Creature
Dei N. Rursum vobis Strictissime Impero,
ac potentissime mando, ex parte Santissi-
me Trinitatis, Patris I et Filij I et Spiri-
tus I Sancti, quod non habeatis facultatem
abscondendi illam, in aliqua parte hujus
Corporis, sicut, in Sanguine, Cholera, fleg-
mate, et melanocholia, nec in Carne, nec in
ossibus, neque in medullis, nec in nervis,
nec in Venis, neque in omnibus Juncturis,
hujus Corporis, nec in pedibus, nec in
tibijs, neque in lateribus, nec in Venibus,
nec subtus Venes, neque supra Venes, nec
in dorso, nec in spatulis, neque in Unguibus,
nec in corde, neque in epate, nec in splene,

nec in Interioribus, neque in pulmone, nec LL
in Intestinis Superioribus, Vel Inferioribus,
majoribus, Vel minoribus, nec in Stomacho,
nec in Ventre, neque in pectore, nec in
gutturē, nec in collo, neque in facie, nec
in mente, nec in maxillis, neque in Dentibus,
nec in gingivis, nec in lingua, neque subta,
Linguam, neque supra Linguam, neque in
palato, nec in nare, neque in oculis, nec
in auribus, nec in Cerebro, neque in parti-
culis Cerebri, nec in arterijs, nec in fessibus,
neque in alijs rebus, Vel locis corporis, Vel
extra Corpus ejus, nec Intrinsece, nec ex-
trinsece, neque superficialiter, nec in Capillis,
neque in Vestimentis, nec in genitalibus nec
in Umbilico, neque in partibus Verecundis,
neque in partibus illis Circumstantibus, neq;
in alijs locis ubi ire Vel stare Debeat. Sed
in Virtuti, et Coacti, atque Virtute Dei Compulsi,

nunc Cogamini omnia illa Remouere ab
omnibus partibus Corporis Ihesus Creatura
Dei N. Vbi cumque sint a planta pedibus
vsque ad Verticem: et illa educatis extra
ipsum Corpus per illam Viam que sit magis
libera, et expedita, ut per os Stomachi,
per guttur, et per os cum signo manifesto,
et sine ulla Lesione anime et Corporis
hujus Creaturae Dei N. et illa educatis
ad loca arida, Sterilia, et inaquosa, atque
Inhabitabilia. Vbi non sit habitatio hominum.
Et sicut per Beatos Apostolos Dei Petrum
et Paulum Dissoluta, et ad nubem rediit
fuerunt Incantationes facte per illud mem-
brum Vestrum Simonem magum, ita aucto-
ritate mihi tradita et prestita a Deo
Omnipotenti, et a S.^{ta} Catholica et Romana
Ecclesia, Ego Dissoluo omnes sortihgas artes,
prestigia, et Incantationes que atrocitate
Inuidie vel malicia Vestra facta fuerunt

12
huic Creaturae Dei N. Et siue Dominus
noster Iesus Christus descendit ad Inferos, et
ibi deuicta tota potentia Inferni, animas
Sanctorum Patrum inde extraxit: Ita per
potentiā et virtutem ejusdem, nec non et
omnium nominum Dei, et omnium Conjura-
tionum, et Vinculorum, quibus, quibus in nomi-
ne ejus potestis Conjurari, Constringi, Cogi-
artari, Ligari, fugari, Cruciari, et torqueri,
et ad penas aliquas damnari, Vos omnes Con-
juro, adjuro, Cogo, et Constringo, ac potentissime
Vobis Impero, et mando, ut remoti omni dolo,
fraude, et obstinatione, Desorptione, et malitia,
destruatis omnia maleficia Satane, et minis-
trorum ejus, et omnem malitiam fascinationē
huic Creaturae Dei N. factam, Ita ut ad ni-
hilum redigantur, et Constringantur omnia
maleficia, prestigia, Incantationes, fasa-
nationes, Ligature, Signature, facture, et
omne opus nefarium Satane, et ministrorū

ejus. Quod si more Vestro beliali, man-
datis, et preceptis meis, vobis in virtute
Dei factis, obedire contemseritis, per omnia
verba, et conjurationes, que in virtute Do-
mini nostri Jesu christi contra vos flexi
posunt, contra vos conjuro Luciferum, et
omnes spiritus Infernales, quatenus per
virtutem Sanctissimi nominis Jesu Christi,
et passionem ejus, contra vos, et omnes vobis
sabentes, omnia Ira, Indignatione, et furore
irruant, et Insurgant, et vos ad Infernum
ducant, et in locum duriorum vos precipi-
tent, ligent, et affligant: Ibi omnibus penis,
et cruciatibus duris, et acris solio Cru-
tiantos: quia tot et tantis verbis Sanctis-
simis, et mysterijs Divinis rebelles fuistis.
Et maledictio Dei omnipotentis Patris, et
Filij, et Spiritus Sancti, et Ira ac Indig-
natione Beate Mariae Virginis, et omnium
Angelorum, et Sanctorum totius Curie

Celestis Veniat, et descendat, super vos,
 Spiritus Ingratisissimi omnes, vobis faventes.
 Et ego ut minister Christi licet immeritis
 autoritate Dei omnipotentis, Patris, et Filij,
 et Spiritus Sancti, per virtutem Domini nos-
 tri Jesu Christi, et sanctissime Passionis ejus
 absolvo hunc famulum Dei N. ab omnibus
 maleficijs, Incantationibus, Ligaturis, Signaturis,
 facturis, ac malis Umbris, at que machina-
 tionibus Diabolis, sibi arte Diabolica factis,
 et ab omni opere Satane, et ministrorum ejus,
 ita ut omnis Inveterata malicia Diaboli,
 et omne Cecum et Confusum Phantasmata
 eradicetur, fugetur et elongetur ab eo. Per
 eum qui Venturus est Judicare vivos, et mor-
 tuos, et seculum per Ignem. Amen::

Hic exorcista ponat manus super Caput
 maleficiati, et signando omnia membra
 dicat::

Oratio.

Expelle Domine Deus omnipotens, ab hac creatura tua. N. omnia maleficia Diaboli, omnesque Incantationes, fascino-nes, ligaturas, Signaturas, facturas, et Omne opus Satane, et ministrorum ejus, a Capite, a Capillis, a Vertice, a Cerebro, a panniculis Cerebri, a foveis, ab oculis, a lingua, a sub lingua, de auribus, de naribus, de collo, de maxillis, de dentibus, de gutture, de gingi- bis, de ore, de palato, de Cilijs, de Supercilijs, de pillis, de pedibus, de tibijs, de genibus, de Cruribus, de partibus Verecundis, de Veni- bus, de fateribus, de Intestinis, Superioribus, et Inferioribus, de femore, de Ventre, de Stomacho, de Corde, de Epaulis, de hume- ris, de pectore, de Oberibus, de brachijs, de manibus, de Unguibus, de ossibus, de nervis, de Venis, de medullis, de pulmone, de Compaginibus, membrorum suorum, de

14
omnibus Junturis, de toto Corpore suo
intus et extra, de quinque Censibus
Corporis et anime, nullumque locum
ipsa habeant Intus et foris amplius,
ut sana, et salva fiat, per invocatio-
nem sanctissimi nominis tui, et per In-
vocationem Spiritus Sancti paracleti.

Tu ergo Deus Pater piissime, qui dignatus
es Corpus, et anima hujus Creature
tue N. Creare, digneris etiam totum
Corpus et animam ipsius Saluare, et
Saluam facere. Per Dñm nostrum Jesum
Christum filium tuum, qui tecum vivat etc. Amen.

§§ — | — §§ — | — §§ — | —
Modus Soluendi Maleficium
§§ — | — §§ — | — §§ — | —

Si aliquis per sua maleficia, Incantatio-
nes, Signaturas, aut ligaturas suas, Verbo,
nutu, aut pacto, arte diabolica Inito, Vel
alio alio maleficio huic creature Dei N.

facto, te, Demon, Spiritus Immunde, liga-
uit Super eum. Ego auctoritate Dei Om-
nipotentis Patris † et Filij † et Spiri-
tus † Sancti, mibi tradita a Sancta Ca-
tholica et Romana Ecclesia, Dissoluo, Om-
nia illa maleficia, quibus huic teneris,
et Dissoluta esse Deuerno: Et tibi precii-
pio ut illis non obstantibus exeat, Destru-
endo omnia Vincula, et maleficia, Intus
vel extra, huic Creaturae facta per
Virtutem Domini nri Iesu Christi, qui
propter magnam misericordiam suam
venit in hunc mundum et incarnatus est
in Utero Beatissime Virginis Marie, ut homi-
nes perditos ad celestia reuocaret, quos tua
peruersitate damnaueras: et causa expellendi,
te Demon et omnem malignum Spiritum
ab hominibus, et eijcendi vos in profundum
Inferni, et abissi. Ecce signum sancte Cru-
cis † Domini nostri Iesu Christi, fugite por-
tes aduersae, Vicit leo de tribu Iuda, Radix David.

Benedictio Ruta.

15

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit celum et terram.

V. Dominus Vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Benedic Domine. Jesu christe, hanc Ruta,
et Infunde ei per tuam Virtutem tuam
sanctam benedictionem Celestem; ut qui-
cumque ex ea suffumigatus fuerit, Vel
supra se eam habuerit, nullus inimicus
ei nocere possit, et in quibuscumque locis
aspersa fuerit, Vel posita; Recedat, et Con-
tremiscat Diabolus, et fugiat pauore, et non
presumat amplius inquietare, Vel illudere
Creaturas tuas. Inde Supplicio, Domine, ut
mittas sanctum Angelum tuum Raphaelē,
qui eulsit, et expulit a Sarra, et a Tobia
demonem mortiferum, et fatentem, et illum
conterat, et perdat de cunctis Animabus

Cotentibus Deum: de Scamnis, de Argulis, de
lectis, et de omnibus locis in quibuscumque
habitet, requiescat, Vigilet, et consistat:
nec valeat amplius inquietare, vel pavores
immittere in illos, quos Sancta Unctio mu-
niuit. Bene ~~Iduaxis~~ igitur, Rute, in nomi-
ne Domini nri Iesu Christi, et Sancte, Tri-
nitatis, Ut sis exterminatio diaboli, et omni-
um contubernantium eius. Per eum, qui Ventu-
rus est iudicare vivos et mortuos, et seculum
per ignem. Amen.

Let aspergatur aqua benedicta in modum
Crucis

Benedictio Ignis ad Comburendum Instrume-
ta maleficantia

V. Adjuvium nostrum in nomine Domini.
R. Qui fecit celum et terram,
V. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

10

Benedicat te, Creatura Ignis qui creavit
te: qui famulo suo Moysi apparuit in Igne
flammę Tubi; qui in Columna Ignis per
notas tenebras suum populum antesse-
sit in desertum, qui iudicaturus orbem, te
iudicis faciem preire iubebit, qui te sue
iusticie Instrumentum in Spiritus Contu-
maces delegit: ve qui tres pueros magesta-
tis sue cultores in te servavit illesos, etiam
per te excruciet, et explodat omnes spi-
ritus apostaticos. Bene iudico te, et exortigo
aeque Coniuro te, Creatura Ignis, et per
illum qui facit orbem contremere, et qui
omnia potest, ut adversus Infernales pre-
dones sis michi adiutorium eos in virtute
Dei, et Dni nri Iesu Christi affligens, exu-
sians, et exurens plus centuplo, quam
gehenna sulphurea: ve abste sentiant penas
importabiles, que per singula momenta sue,
proterus obstinationis suscipiant incrementa.

Per eum qui Venturus est Judicare vivos, et
mortuos, et seculum per Ignem. Amen.

Oratio.

O, Adonay magne, et admirabilis, qui Univer-
sa ex nichilo tua potenti virtute creasti:
et qui hujus mundi corporeis elementis
tantam a Deo potes communicare virtu-
tem, ut non solum Inuisibiles Spiritus pro
tua temeritate perpetuo exorucient, ve-
rum etiam, ut possint Verum transmu-
tare naturas: Obsecramus humiliter
tuam Omnipotentem, pietatem, ut huic
tue Creature, eam Virtutem conferre, tua
benignitate digneris que malignis Spi-
ritibus non solum Infernalium pena-
rum amarum recordationem efficiat:
Verum etiam eos pro sua in te, et in
nos ministros tuos contumacia exoruciet,
exterminet, et expellat. Per Dñm
nřm Jesum Christũ filũ tuum. Et. Amē.

Benedicat te, Creatura Ignis qui creavit
 te: qui famulo suo Moysi apparuit in igne
 flammę tibi; qui in Columna Ignis per
 noctis tenebras suum populum antecessit
 in desertum, qui Iudicaturis orbem te
 Iudicis faciem preire. Iubebit qui te sue
 Iustię Instrumentum in Spiritibus Contu-
 maces delegit: ut qui tres pueros magista-
 tis sue cultores in te servavit illesos, etiã
 parte exornaret, et explodat omnes Spiritus
 apostaticos. Bene H dico te, et exor H uro,
 atque Conju H ro te, Creatura Ignis, et per
 illum qui facit orbem contremere, et qui
 omnia potest, ut aduersus Infernales pre-
 dones sis mihi adiutorium eos in virtute
 Dei, et Dni nri Jesu Christi affligens, exor-
 nans, et exurens plus centuplo, quam
 gehenna sulphurea: ut abs te sentiant pe-
 nas importabiles, que per singula momenta
 sue proterve obstinationis suuipiant incrementa.
 Per eum qui venturus est Iudicare vivos, et mor-
 tuos, et cęntum per Ignem. Amen. *

Deinde aspergatur aqua benedicta, quo
facto, projice instrumenta maleficialia in
Ignem dicendo. Psalmum.

Exurgat Deus, et dissipentur inimici ejus,
et fugiant, qui oderunt eum a facie ejus.
Sicut deficiet fumus deficiant: sicut fluit
cera a facie ignis, sic pereant peccatores a
facie Dei. Et Iusti epulentur, et exultent
in conspectu Dei: et delectentur in letitia.
Cantate Deo, psalmum dicite nomini ejus:
Iter facite ei, qui ascendit super occasum,
Dominus nomen illi. Exultate in conspectu
ejus, turbabuntur a facie ejus: patris orpha-
norum et iudicis viduarum. Deus in loco
sancto suo, Deus qui inhabitare facit unius
moris in domo. Qui eduxit vinctos in for-
titudine, similiter eos: qui exasperant,
qui abitant in sepulchris. Deus cum egre-
dereris in conspectu populi tui: cum per-
transires in deserto. Terra mota est: etenim
ceci distillantur a facie Dei sinay: a facie

Dei Israel. Pluviam voluntariam Segre 18
gabis, Deus, hereditati tue, et infirmata
est; tu vero perfecisti eam. Animalia tua
radicabunt in ea; parasti in dulcedine
tua pauperi Deus. Dominus dabit verbum
evangelizantibus; virtute multa. Rex
virtutum dilecti, dilecti; et speciei domus
dividere spolia. Si dormatis inter medios
cleros, penne columbe de argentate; et pos-
teriora dorsi ejus in pallore auri. Dum
discernit celestis reges super eam, nive de-
albabitur in Salmou: mons Dei, mons pin-
guis. Mons coagulatus, mons pinguis: ut quid
suspiciamus. Montes coagulatus. Mons in
quo beneplacitum est Deo habitare in eo:
etenim Dominus habitavit in finem. Curus
Dei decem millibus multiplex milia. Ista-
tium: Dominus ~~ejus~~ in eis, in Sinay in
sancto. Ascendisti in altum, cepisti Cap-
tivitatem: accepisti dona hominibus. Este-
nim non credentes in habitare Dominum Deum.

Benedictus Dominus die, quotidie: pro-
perum iter facere nobis, Deus salutarium
nostrorum. Deus rex, Deus saluos faci-
endi: et Domini exitus mortis. Verunta-
men Deus confinget capita Inimicorum
suorum: Verticem capilli perambulantiū
in delictis suis. Dixit Dominus ex Bassan.
conuertam: conuertam in profundū maris.
De intringatur pes tuus in sanguine: lin-
gua canum tuorum ex inimicis ab ipso.
Viderunt Ingressus tuus Deus: Ingressus Dei
mei, Regis mei, qui est in sancto. Preue-
runt principes conjuncti psalentibus in
medio Iuencularum tympanistiarum.
In ecclesijs benedice Deo Domino, de fontib9
Israael. Ibi Benjamin adolescentulus, in
mentis exarsus. Principes Juda dices eo-
rum: principes Babulon, et principes nep-
thali. manda Deus virtutes tuas, Confirma
hoc Deus quod operatus es in nobis. A templo
tuo in Ierusalem: tibi offerent Reges munera.

Increpa feras arundinis, Congregatio lau- 19
rorum in Vasis populatorum: ut excludant
eos, qui probati sunt Argenteo. Dissipa gen-
tes, que bella Volunt Veniente Legati ex egip-
to: Ethiopia preuenient munus ejus Deo.
Regna terre Cantate Deo: psallite Domino.
Psallite Deo, qui ascendit super Celum Celi,
ad orientem. Ecce dabit Voci sue vocem
virtutis, date gloriam Deo super Israel:
magnificentia ejus, et virtus ejus in nu-
bibus. mirabilis Deus in sanctis suis, Deus
Israel, ipse dabit virtutem, et fortitudi-
nem plebi sue: benedictus Deus. Gloria
Patri, et Filio, et Spiritui Sancto etc.

ss ———— ss ———— ss ————
Benedictio Inuenti ad profumigandum.
ss ———— ss ———— ss ————

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit celum et terram.

V. Dominus vobiscum

R. Et cum spiritu tuo.

Oratio

Domine. Deus omnipotens cui stat ex-
eratus Angelorum, cum tremore, dignare
bene H dicere, et sanctificare H hanc
creaturam Incensi, ut omnes Langores
et spiritus maligni odorem Incensi hujus
sentientes, fugiant procul, et separentur
ab creatura tua N . quam redemisti pre-
tioso sanguine tuo; Ut de cetero non ledatur
a morcu antiqui Serpentis. Per te
Jesu Christe Saluator mundi, qui vivis et
regnas in secula seculorum. Amen:.

Et aspergatur aqua benedicta in modum Cruxi

Profumigationes Contra Demones

Resipe $\left\{ \begin{array}{l} \text{Albani,} \\ \text{Sulphuris,} \\ \text{Asses fetide,} \\ \text{Aristolochie,} \\ \text{Speruonis,} \\ \text{Rute,} \end{array} \right\}$ An. 3.

Et omnia

Et omnia simul Conjurata, ac benedicta
sequenti benedictione (nominibus mutatis)
proijce in Ignem, et Devatum, Velie, notie,
Diu fauos super dictu Ignem suffumigari.

Benedictio horribilis Contra Spiritus
malignos

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
R. Qui fecit Celum et terram.

Exorcismus.

Exorcizo te, Creatura Incensi, Vel sulphuris,
Vel mirrhe, Vel signi aloes, Vel Camphore,
Vel asse fetide, per Deum + Vivum, per Deum
+ verum, per Deum + Sanctum, per Sanctissimam
Trinitatem, Patrem, Filium +, et Spiritum
+ Sanctum, et per Deum, qui omnia Creavit
ex nihilo, per eum, qui expulit pravor An-
gelos de celo ad ista Inferiora: per Jesum
+ Christum filium eius Vivum Dnm nostrum

qui Dabie predestinatis felicissime Regnum
eternum, et reprobatos Regnum Infernale
perpetuum: et per Omnia nomina Sancta
ipsius Dei te Conjuro † exorcizo, et per
omnia supradicta, ut sis in defensionem
nostram, et officiaris perpetua fumigatio
exorcizata, bene † dicta, et conse † crata
in salutem nostram, et omnium fidelium
Christianorum, et perpetua pena sis om-
nibus magnis Spiritibus, et fortissimus,
ac infinitus Ignis eorum, et magis, quam
sunt Infernalibus Spiritibus, sulphur, et Ignis
Infernalis, et omnis pena: et omnia supra-
dicta sint nobis defensio, et perpetua ex-
pulsio, et suffumigatio omnium spirituum,
ac solutio omnium ligaminum, facturarum,
et prestigiorum: Ita ut nihil predictorum
nos, nec hanc Creaturam Dei N. neque locum
istum modo aliquo offendere et impedire valeat.
Per eum, qui venturus est Judicare vivos, et mor-
tuos, et seculum per Ignem. Amen.

Ineffabilem clementiam tuam, Omnipotens
 eterne Deus humiliter imploramus, ut sicut
 tu es unus in essentia et trinus in personis,
 scilicet Pater, Verbum, et spiritus Sanctus,
 ita bene + iduere, et Consecrare + per im-
 mensam clementiam et pietatem tuam
 digneris hanc creaturam suffumigationis,
 sic, ut sit omnibus christianis ipsam su-
 mentibus odor, et defensio perpetua. Contra
 omnes spiritus malignos, et omnes Incanta-
 tiones, et prestigia, ac maleficia, sit que
 perpetua expulsio malignorum spirituum,
 et omnium Incantationum, facturarum, et
 prestigiorum, et annihilatio, ac solutio per-
 petua omnium Ligationum et dissolutio
 omnium maleficiorum, et in quo umque
 loco odor eius venerit, sine affuerit, nullus
 spiritus, nullaque incantatio, nulla ligatio

Diabolorum, nulla fastinatio, nullum male-
ficium, nullaque molestia maligni spiritus
possit durare, neque stare modo aliquo, sed
statim tua immensa virtute, et potentia
fugiant perpetuo, et procul expellantur
omnes Insidie, latentis inimici, ac eorum
habitationes dissolvantur, et annihilentur
per signum Sancte Crucis † Domini nostri
Iesu Christi; qui cum Patre, et Spiritu Sancto
Vivit, et regnat in secula seculorum Amen.

Et aspergatur aqua benedicta super Insensum.

Conjuratio Charce, in qua debent scribi
brevia applicanda, seu appendenda collo
Vexati, vel secum deferenda

Conjuratio

Conjuro te † Charce, per verba illa titu-
li triumphalis Salvatoris Domini nostri Iesu
Christi: et per omnia illa verba, que dicuntur
de Creatore Omnium Creaturarum, et per illu

qui potest tribuere, et facere, quod tanta
 obtineas virtutem, ut omnia, que super te
 scribentur, ad effectum salutis eterna, per-
 ducere valeas, et ut omnis fallacia, et virtus
 diaboli exeat de te, et intret in te omnis
 virtus predicta sine mora. in nomine
 Patris, et Filii, et Spiritus Sancti,
 Amen.

Et aspergatur aqua benedicta

Ordo ad faciendam aquam benedicta.
 Sacerdos indutus sacerdotibus indu-
 mentis, Vel saltem stola, absolute
 dicat.

V. Adjuvorum nostrum etc.
 R. Qui fecit celum etc.

Lexorismus Salis.

Lexorizote, creatura salis per Deum
 Vivum, per Deum Verum, per Deum
 Sanctum, per Deum qui te per Eliseum prophete

tam in aqua mitti iussit, ut sanaretur Aeri-
litas aque, ut efficiaris sal exorizatum
in salutem credentium, ut sis omnibus su-
mentibus te sanitas anime, et corporis: et
effugiat, atque discedat a loco, in quo as-
persum fueris, omnis fantasia et nequicia,
vel Persectia diabolice fraudis, omnis que
spiritus immundus adjuvatus. Per eum, qui
venturus est iudicare vivos, et mortuos, et
seculum per ignem. Amen.

Oratio.

Inmensam clementiam tuam, omnipotens eter-
ne Deus, humiliter imploramus, ut hanc crea-
turam salis, quam in usum generis humani
tribuisti, benedictis dicere, et sanctificare tua
pietate digneris, ut sit omnibus sumentibus
salus mentis, et corporis, et quidquid ex eo
tatum, vel aspersum fuerit, careat omni
immunditia, omnique impugnatione spi-
ritualis nequie. Per Dominum nostrum Iesum
Christum filium tuum. etc.

Exorcizo te Creatura aquae, in nomine Dei
 Patris + Omnipotentis, et in nomine Jesu +
 Christi filij ejus Domini nri, et in Virtute Spi-
 ritus + Sancti, ut fias aqua exorcizata ad
 effugandam omnem potestatem inimici, et
 ipsum inimicu exadicare et explantare valeas
 cum Angelis suis apostatiis. Per Virtute ejus-
 dem Dni nri Jesu Christi, qui Venturus est
 Judicare vivos, et mortuos, et secutu per Igne. Amen.

Oratio

Deus, qui ad salutem humani generis maxi-
 ma quaeque sacramenta in aquaru subs-
 tantia condidisti; adesto propitius invo-
 cationibus nostris, et elemento huic, multimodis
 purificationibus preparato, Virtutem tue
 benedictionis + inis infunde, ut Creatura tua
 ministeris tuis serviens, ad abigendos demo-
 nes, morbosque pellendos divinae gratiae
 sumat effectum: ut quicquid in domibus
 vel in locis fidelium haec Unda resperserit

Carceat omni Immundicia liberetur a noxia:
non illic resideat spiritus pestilens, non aura
Corrumpens, discedat omnes insidie latentis
inimici: et si quid est, quod aut in columi-
tati habitantium Invidet, aut quieti asper-
sione hujus aque efugiat, ut salubreas per
invocationem Sancti tui nominis expetita,
ab omnibus sit impugnationibus Defensa.

Per Dominum nostrum Iesum Christum etc.

Hic mittat Sal in aquam in modum
Orusis Dicendo, Semel.

Commistio Salis, et aque pariter fiat:
In nomine Patris I et Filij I et Spiritus
 I Sancti. Amen.

D. Dominus Vobiscum

R. Et cum Spiritu tuo.

Oratio.

Deus inuite Virtutis autor, et insupera-
bilis imperij Rex, ac semper magnificus
triumphator: qui aduersae dominationis vires
reprimis, qui inimici rugientis seuitiam

Superas: qui hostiles nequitas potenter
 expugnas, te domine, trementes, et suplices
 deprecamur, ac petimus, ut hanc Creaturam
 Salis, et aque dignantes aspicias, benignus
 illustres, pietatis tue rore sanctifices, ut
 ubicumque fuerit aspersa per invocatio-
 nem sancti tui nominis Omnis Infestatio
 immundi spiritus abigatur, terroreque
 Venerosi Serpentis procul pellatur, et
 presentia sancti spiritus nobis misericor-
 dia tuam possentibus ubique adesse dig-
 netur. Per Dominum nostrum Iesum Christum. etc.

Amen:

Alia Benedictio Aquae ad expellendas
 facturas et fuganda maleficia de
 obsessis Corporis humanis.

V. Adjuvatorium nostrum etc.

R. Qui fecit Caelum etc.

Exorcismus

Exorcismo te et aqua, per illum, qui te

Creavit, et qui in te baptizatus est: qui
quatuor flumina de paradiso exire iussit,
et totam terram irrigare precepit. Exoratio
te † per illum, qui Naaman Syrum a le-
pra mundavit. Exoratio te † aqua, per
eum, qui te per suam potestatem in Cana
galilee Converteit in Vinum. Exoratio te †
per Incarnationem filij Dei vivi, per na-
tivitatem, Circumcisionem, per baptismum,
et sanctum Ieiunium eius, per passionem,
mortem, et Sepulturam eius; per Resur-
rectionem ~~q~~ et Assentionem eius, per adven-
tum et Gratiam Spiritus Sancti paracliti;
et per Beatam Mariam Virginem matrem
Dni nri Iesu Christi: et per Lac ejusdem
Virginis Marie, et per omnes Angelos,
Archangelos, Tronos, Dominationes, Princi-
patus, Potestates, Virtutes, Cherubin, et
Seraphin; Per omnia Sacramenta Ecclesie
Catholicae, per sanctum Joannem Baptistam.

29

per omnes sanctos Patriarchas et Profetas,
Apostolos, Martires, Innocentes, Confessores,
Virgines, Viduas, et Continentes Dei, et per
Virtutem omnium Sanctorum et Sanctarum
ejus: et in Virtute Iesu Christi destruat
omne opus nefarium diaboli, et ministrorum
ejus omnesque Incantationes, Ligaturas et
faunationes, Signaturas, et facturas, arce
diabolica factas, seu Inuentas contra fa-
mulum Dei N. ita ut ad nihilum redigantur,
et sicut Divina potentia expoliavit Infer-
num, ita expoliare valeas illum ab omni-
bus facturis, et per te extinguantur om-
nes ardores, Calores, et frigiditates, Ceteraque
pestilentia facta, siue fienda contra fa-
mulum Dei N. in omnibus facturis. Per
eum qui Venurus est Judicare vivos, et
mortuos, et seculum per Ignem. Amen.

Exorcismus.

Iterum exorcizo te, aqua, per Deum. I

Vinum, per Deum + Verum, per Deum +
Sanctum: per Deum nostrum Iesum Christum,
qui fecit Caelum et Terram, mare, et omnia
que in eis sunt, ut omnes Virutes aduer-
sarij, Omnis exercitus Diaboli, omnis In-
cursus, et Omne phantasma inimici exadi-
cantur, et effugiant a te: ut sis Sancta, et
Salutifera, et ignis ardens aduersus omnes,
insidias inimici; ut qui cumque te biberint,
sive gustauerint, sis ei Sanitas, et medicine
anime, et corporis; ut in Virtute Sancte
Trinitatis effugiat Omnis infirmitas; et
omne opus nefarium Diaboli, potatione
tui Separetur, effugiat, et elongetur. Per
eum qui Venturus est Iudicare Vivos, et
mortuos, et seculum per ignem. Amen.

Initium Sancti Evangelij secundum
Ioannem.
In principio erat Verbum, et Verbum erat

apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in ²⁶
principio apud Deum. Omnia per ipsum
facta sunt, et sine ipso factum est nihil,
quod factum est. In ipso erat, et vita lux
hominum, et lux in tenebris lucebat, et
tenebre eum non comprehenderunt, fuit
homo missus a Deo, cui nomen erat Ioan-
nes. Hic venit in testimonium, ut testimo-
nium periberet de lumine, ut omnes crede-
rent per illum. Non erat ille lux, sed ut
testimonium periberet de lumine. Erat lux
vera, que illuminat omnem hominem veni-
entem in hunc mundum. In mundo erat,
et mundus per ipsum factus est, et mundus
eum non cognovit. Propria venit, et sui
eum non receperunt. Quod quod autem re-
ceperunt eum, dedit eis potestatem filios
Dei fieri, his qui credunt in nomine eius,
qui non ex sanguinibus neque ex voluntate
carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati
sunt, et Verbum caro factum est et habi-

laure in nobis, et vidimus gloriam ejus, gloria
quasi Unigeniti a Patre, plenum gratie et
veritatis. Resp. Laus tibi Christe.

Oratio

Benedicat te, I aqua, Deus Pater omnipotens,
qui te suo verbo creavit, et dec tibi contra
omne malum et maleficium Virtutem, ut
quicumque te devote sumpserit, et gusta-
verit, liberetur ab omnibus maleficijs, In-
cantationibus, ligaturis, signaturis, et factu-
ris, arte diabolica factis, ac ab omni spiri-
tu immundo, et per omnia Sancta nomina
tua; Domine Jesu Christe, sana cor, et om-
nia membra hujus famuli tui N. et ipsum
libera ab omnibus malis, anime, et corpo-
ris, qui cum Deo Patre et Spiritu Sancto di-
vis, et regnas in secula seculorum. Amen.

Hic exsufflatur in aqua dicendo

Exsufflo te omnis legio Satane, in
nomine Patris, et Filij, et Spiritus
Sancti. Amen.

Exorcizo te, Creatura aque, in nomine
Patris, et Filij, et Spiritus Sancti,
ne sis Communis Vlli Spiritui immundo, ad
honorem Sanctissime, atque individue Tri-
nitatis, viventis, atque regnantis, ut quicu-
que te devote biberint, et gustaverint, om-
nis Spiritus immundus, cum omnibus fac-
turis suis, ab eis recedat. Itaque exorcizo
te, Creatura aque in nomine Iesu Chris-
ti nazareni, filij Dei vivi, Regis et Iudicis
nostri, ut sis purgatio omnium maleficio-
rum, et Inventionum factarum huic Crea-
tura Dei N. quam ipse ad imaginem, et
similitudinem suam creavit, et ad Bab-
tissimum, et gratiam suam Vocare digna-
tus est. Te ergo inuoco Domine Sancte Pa-
ter omnipotens, eterne Deus, ut hanc aquam
exorcizare, et benedidicere pro tua pie-
tate digneris, ut omnis Spiritus immundus

Spiritus locum in ea non habeat, sed in
Virtute Spiritus Sancti, omnes qui biberint
ex ea, recipiant sanitatem corporis, et anime,
et ab omnibus Spiritibus immundis, ac ope-
ribus eorum sanentur. Per eundem Christum
Dominum nostrum. Amen.

Oratio

Dignare Domine Jesu Christe exorcizare et
bene dicere, et sancti ficare aquam istam
ad liberandum et sanandum famulum tuum
N. ab omnibus maleficijs, incantationibus,
ligaturis, signaturis, et facturis sibi arte
diabolica factis, ut ad nihilum redigantur.
Et sicut tua potentia infernum spoliasti,
ita eadem expoliare digneris ipsum famulum
tuum N. ab omni machinamento diabolica
arte facto, qui redemisti nos in manu
forei, et brachio extento. Da Domine Jesu
Christe ut quod fideliter petimus effi-
caciter consequamur. Per te, Jesu Christe
Saluator mundi qui vivis et regnas in secula
seculorum. Amen.

Te igitur Domine Iesu christe, qui es fons,
 et aqua salientium in vitam eternam,
 supliciter exoramus, ut hanc aquam bene-
 dicere. ⁊ et exora ⁊ Izare tua pietate dig-
 neris in salutem, adiutorium, et liberatio-
 nem famuli tui N. et ipsum tueri ab om-
 nibus maleficijs, incantationibus, et Illusio-
 nibus demonum, et ministrorum ejus, et
 ab ipsis potenter illum defendere per vir-
 tutem tuam de cuius latere fluxerunt san-
 guis et aqua in remedium, et remissionem
 peccatorum nostrorum: ita nos, Domine,
 famuli tui clementiam tuam, et nomen
 sanctum tuum imploramus, ut quicumque
 ex aqua biberint et devote gustaverint,
 abluantur ab omnibus sordibus demonum
 et reddantur sue innocuitati: nec in eis
 in futurum nocendi habeat potentia adversa
 demonum et malefactorum potestas, qui sanctus pius
 es, et permanes in secula seculorum. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta in modum crucis.

Benedictio Vini ad Sanandū ma-
leficatos, et ad expellendas facturas
et omnia maleficia de Corporib⁹ humanis

V. Adjutorium nostrū in nomine domini.

R. Qui fecit Cælum et terram.

V. Domine exaudi orationē meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus Vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Domine Deus Pater omnipotens, qui sis omnia
antequam fiant, siue bona, siue mala, et omnes
cogitationes hominum tibi manifeste sunt:
tuam exoro piissimam clementiam, ut ab
vniuersis peccatis suis, et malis, ac malignis
spiritibus hic famulus tuus N. mereatur
liberari: sed tu, clementissime et piissime
atque amantissime Deus oculos cordis ejus
luminare digneris tu, Domine, meditationem
cordis ejus tibi fac plautam amor tuus ejus
desiderium inflammet. Exaudi, omnipotens

Domine, precor servorum tuorum: clementij.²⁹
sime. Deus per invocationem sancti tui no-
minis, et per invocationem omnium sanctorum
tuorum, et per omnia sancta tua nomina
beneficere, et sanctificare in virtute tua
vimum istud, ut omnes ex eo gustantes, ve-
cipiant sanitatem mentis et corporis. Dñe
Deus Pater omnipotens ne derelinquas fa-
mulum tuum N. nec proicias eum in tē-
pore necessitatis, eum defecerit Virtus eius.
Domine si forte peccavit contra voluntatem,
et mandata tua, et precepta tua non cus-
todivit, tamen non te negavit esse Verum
Deum solum; peccavit enim coram te, et
Angelis tuis contra omnes Justificationes
tuas. Igitur per intercessionem Beate Marie
matris filij tui domini nri Jesu christi, ei
parcere digneris: quia tu sis, que ei sunt
necessaria anime, et corporis. Tu Domine
dixisti: nolo mortem peccatoris, sed ut magis
convertatur, et vivat: et sicut Cananeam

et Publicanum Vocasti ad penitentiam, ita
famulum tuum N. ad penitentiam Vocare dig-
neris, et sicut beate marie magdalene a te
dimissa fuerunt peccata multa propter
penitentiam, et Contritionem eius: Ita piis-
sime Domine, famulo tuo N. per potentiam
divinitatis tue ei parcere digneris. Domine
Deus pater omnipotens, adesto supplicationibus
nostris: et sicut Conuertisti aquam in Vinum
in Cana Galilee, ita benedixere, exorciz-
zare, et Sanctificare pro tua pietate
digneris Vinum istud, ut sit remedium effi-
cax Contra omnem potestatem omnium
inimicorum nostrorum, ac etiam Contra om-
nes facturas, que facta fuerunt, Vel facte
erunt: et nullus Spiritus malus cuiuscum-
que generis, aut conditionis, existat, pos-
sit, Latere, Vel diu permanere in quacumque
Creatura, que gustaverit, et deuote sumpse-
rit ex hoc Vino benedicto. Rogamus ergo te,

Domine

Domine, ut benedicendo benedictus dicas, et San 30
ctificando Sanctifices hoc Vinum in hono-
rem omnium Sanctorum, et Sanctarum
totius Curie; ut totaliter destruat omnem
potestatem inimici, et ipsum inimicum tuum
per potentiam tuam extinguere et fugare
valeat: et etiam Contra Omne Impedimen-
tum Satane ipsum Vinum sit Remedium, et
quicumque ex eo biberit, liberetur ab infir-
mitate sua, et tecum salvetur: quia tu Do-
mine dixisti: Omnis quicumque Inuocauerit
me, exaudiam eum. Rogo ergo te, Domine
Iesu Christe, per Immensam Clementiam
tuam, et per illud Sacramentum Dilectum tuum,
ut salues illum ne pereat, Domine, ad hono-
rem tuum: et in nomine tuo, o, Trinitas
beata, fiat ista benedictio, et super Vinum
istud descendat, et sit purgatio omnium ma-
lefissiosum, que in Corpore, Vel extra Corpus

istud sunt facta, et destruantur per Vir-
tutem tuam, et per Virtutem Istius Vini,
quod est benedictum et sanctificatum in
tuo nomine. Trinitas Sancta, et individua
audi, et exaudi preces servorum tuorum,
et benedictum sit nomen tuum in eternum
in secula seculorum. Amen.

Oratio

Domine Sancte Pater omnipotens eterne.
Deus, qui per filium tuum Unigenitum Iesum
Christum Dominum nostrum redimere digna-
tus es mundum: et ipse benedictus filius
tuus, ut memoriam sui relinqueretur nobis,
Corpus suum sub specie panis, et Sangui-
nem suum sub specie Vini relinqueret digna-
tus est: quesumus Inmensam Clementiam
tuam, ut nobis ministris tuis bene fidi-
centibus hoc Vinum in nomine tuo, et in
nomine ejusdem dilecti filij tui, et Spiritus
Sancti, ipsum sit ⁱⁿ remedium officiarum ad sa-

31
litem famuli tui N. et presta Domine San-
cte. Pater omnipotens eterne Deus, per inter-
cessionem omnium Sanctorum Angelorum,
Patriarcharum, Prophetarum, et Apostolorum,
Martirum, Confessorum, et Sanctarum Virgi-
num, atque Continentium, et totius celestis
curie, ut quicumque ex eo biberit, et deuote
gustauerit, nullus malignus Spiritus, nulla
maleficia facta, Vel ferenda possint ta-
titare, Vel stare in aliqua parte corporis
sui, sed mox ad laudem, et gloriam nominis
tui, et ad honorem omnium Sanctorum tuorum,
si sunt in Corpore, statim se manifestent
et exeant, per Virtutem tuam. Et si sunt
extra Confringantur, tanquam si non essent.
Da, Domine, Virtutem nomini tuo, quod in-
uocamus super hoc Vinum, per Virtutem
Domini nostri Iesu Christi, qui tecum vivit et
regnat in unitate ejusdem Spiritus Sancti Dei,
per omnia secula seculorum. Amen.

Oratio

Dignare Domine Sancte Pater Omnipotens
eternus Deus beneddicere, exornare et
sanctificare, Vinum hoc per tuam clemen-
tissimam bonitatem, ut omnis, qui in nomine
tuo, et dilecti filij tui, et Spiritus Sancti, ex
eo biberit, et gustaverit, mundetur ab omni
maleficio diabolico, et ab eo recedat omnis
diabolica legio, omnis Spiritus Inmundus,
et omnis Virus diaboli exterminetur: et
potestas tua, Domine, in Virtute Verborum
tuorum prevaleat, et in memoriam admi-
rabilis, et altissimi Sacrificij illius, qui se
voluntarie obtulit tibi Deo Patria omni-
potenti, beneddic, et sanctifica Vinum istud,
per memoriam Sacrificij Patriarche nostre
Abrahe, et quod obtulit Summus Sacerdos tuus
Jesus Christus Dominus noster, qui tecum cum
eodem Spiritu Sancto vivit, et regnat, Per
omnia secula seculorum. Amen.

Domine. Sancte Pater omnipotens eterne
 Deus, adesto precibus nostris, et piis famu-
~~lorum~~ tuorum laboribus nobisque myeri-
 cordiam tuam poscentibus. Desendat quesu-
 mus Domine, Spiritus Sanctus tuus in hoc
 Vinum quod sub Inuocatione Sancti nomi-
 nis tui, et in honorem Sancte Crucis, in
 qua Coeternus tibi filius tuus Dominus
 noster Iesus Christus pro redemptione mundi
 pati dignatus est, et in honorem sanctorum
 tuorum benediximus, et exorcizamus,
 ut omnes creature que vexate fuerint a
 Spiritibus Immundis sive maleficiis, de quo-
 cumque modo operibus Satane, et ministri-
 torum eius, ex hoc Vino biberunt sanentur,
 et soluentur: atque ab eis discedant omnia
 maleficia; Incantationes, Ligature, facture,
 et omne opus nefarium diaboli deperere po-

tentia tua Confingantur.† Nulla ars inimici
posita contra famulos tuos habere virtutē,
et non possit latere in illis, a quibus hoc
vinum degustatum fuerit, sed Confestim dis-
cedat a plasmate tuo nunquam reversuri.
O beata et Sancta manus Dei que omnia
sanctificas, omnia benedicas, omnia locupletas.
O, beata, Sancta, et benedicta Trinitas que
omnia purificas, omnia mundas, omnia
per ornas. O, beata magestas, que cuncta
contines, cuncta repellis, cuncta disponis.
O, Sancta Sanctorum Deus tuam clementiam
humillima devotione deprecamur: ut hoc
vinum per nostre humilitatis famulatum,
in honore victoriosissimi nominis tui Purifi-
care† exorizare.† Sanctificare† digneris.
Per hoc vinum quesumus Domine gratia. Spi-
ritus Sancti exorizatum egroti, sanentur,

Infirmi Curentur, Demones ejiciantur,
 Cunctaque maleficia, te propitiante, ex-
 pellantur, et omnes Demoniaci, et maleficia
 ei qui ex hoc Vino biberint, et devote gus-
 tauerint, Sanitate, mentis et Corporis Con-
 cessa misericordiam, qua precantur, perpetuo
 miserationis tue munere se obervuisse glo-
 rientur. Per dominum nostrum Jesu Christu
 filium tuum, qui tecum vivit, et regnat, in
 unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus, per
 omnia secula seculorum. Amen.

Aspergatur Vinum aqua benedicta

Nota quod Vinum Ingrediens potiones seper
 prius hac benedictione est benediendum

+ nullusque spiritus immundus, nullu Phantasma

Benedictio olei probatissima ad expellen-
das, omnes facturas, maleficia, ligaturas,
et omniaque nefarium diaboli, & huma-
nis Corporibus: que ab aliquibus ascribi-
tur Sancto Cypriano.

Modus sumendi dictum oleum.

Sacerdos habeat Vas preparatum cum
oleo benedicendo, et Indutus sacerdotali
Stola, benedicat ipsum, dicens:

In nomine Patris, et filij, et spiritus
sancti, Amen. V. Adjutorium nostrum in
nomine Domini. R. Qui fecit celum et terram.
V. ostende nobis Domine, misericordiam tuam.
R. et salutare tuum da nobis. V. Adjua
nos Deus salutaris noster. R. et propter
gloriam nominis tui libera nos. V. nihil
proficiat inimicus in nobis. R. et filius
iniquitatis, non apponat nocere nobis.

V. fiat misericordia tua, Domine, super nos. 34
R. Quemadmodum speravimus in te.

Exorcismus.

Exorcizo te Immundissime Spiritus, omnis Inimicus Satane, et phantasma in nomine Dei Patris, in nomine Divi Filij, et in nomine Dei Spiritus Sancti, ut recedas ab hoc oleo, ut possit officii potatio Spiritu-
alis ad sanandum infirmos: ut in eis possit habitare Spiritus Sanctus, per nomen Dei Patris, per nomen Domini nostri Jesu Christi filij ejus, qui venturus est Judicare vivos, et mortuos, et seculum per Ignem. Amen.

Oratio.

Emitte, Domine, Septiformem Spiritum Sanctum paracletum de Caelis in hac pinguedinem olive, quam de Vivere ligno producere dignatus es ad refecionem mentis, et corporis, ut tua benedictione. Sit semper tangenti tutamentum mentis, et corporis, ad

evacuandum omnes humores melancholicos, om-
nes dolores, omnes infirmitates, omnesque
agritudines mentis, et corporis, Unde Unxisti
Reges, Prophetas, et martires Unxione Sancta
tua perfecta. Domine, ab te ostende nobis,
ut benedictum permaneat in viceribus famu-
lorum tuorum, in nomine Domini nri Jesu
Christi, qui tecum et cum Spiritu Sancto
vivit, et regnat per omnia secula seculorū Amē.

Hic Sacerdos habeat Vexatum, seu malifitia-
tum presentem si commode fieri potest, et
positis manibus super caput ejus, adjuret
demonem, hoc modo.

Adjuro te o, Satanas, et omnes malignos spiri-
tus, per nomen Dei vivi, Veri et Sancti
per nomen et merita Virginis Mariae, per
potestatem omnium Spirituum Celestium: et
per nomen Ordines celestes, in maledictione
confusionem, et augmentum peccatorum tua-
rum in Centuplum de die in diem, usque ad
ultimum tremendum diem finali Judicii

35
augmentandum, si nunc non recedas, maledicte
Satana, ab hoc famulo Dei N. Per eum qui
Venturus est Induere Vinos, et morecos, et
seculum per Ignem. Amen.

CONJURATIO.

Iterum Conjuro te, O Satan, quod non Requiescas,
neque Cesses a labore Continuo de loco, in quo es,
penitus Remouere ab officio, soueritate dam-
nato cuiuscumque principatus, et tuam, et
Omniem malignam fascinationem ab hac Creatu-
ra Dei N. facturas, Infirmitates, et Dolores ani-
me, et Corporis per Verba Coniurationes pre-
dicte: maledicte Satan, sit nomen, et opus
tuum Confessum, et maledictum in eternum,
et Ultra a Deo Omnipotente, et a me per po-
testatem mihi traditam Super te, non solum
in Bapτισmate, et alijs sacramentis, sed
etiam per administrationem Veri Corporis,
et Sanguinis Domini nostri Iesu Christi,

omni per auctoritatem beatorum Apostolorum
Petri et Pauli Consecram. Et si fueris
rebellis, et contumax, et mihi inobediens,
Conjuro contra te, et contra vos omnes Spiritus
Infernales, qui vos nefarios Spiritus
cum festinatione, quatenus per virtutem
illius nominis, quod Moyses nominavit et
eum absorpti fuerunt a cavernis abyssi da-
tan et Abiron, et in virtute illius nominis,
usque in profundum abyssi, usque ad ultimum
diem vos religent. Amen.

Sequentia Sancti Evangelij secundum Marcum.
In illo tempore: Recumbentibus undecim disci-
pulis, apparuit illis Jesus, et exprobatit incre-
dulitatem eorum, et duritiam cordis, quia his
qui viderant eum resurrexisse non crediderunt,
et dixit eis: Euntes in mundum universum, pre-
dicare Evangelium omni creature, qui credide-

36
rit, et baptisatus fuerit, Saluus erit; qui
vero non crediderit, Condemnabitur; Signa
autem eos, qui crediderint, hec sequentur.
In nomine meo Demonia eijcient, linguas
loquentur novis. Serpentes tollent, et si
mortiferum quid biberint, non eis nocebit, su-
per egros manus imponent et bene habebunt.
et Dominus quidem Iesus, postquam locutus
est eis, assumptus est in Celum, et sedet a dex-
tris Dei, illi autem profecti predicauerunt
ubique, Domino Cooperante et sermonem
confirmante, sequentibus signis. R. laus tibi xpe.

Adjuratio.

Adjuro etiam vos † Omnes Immundos Spiri-
tus, per eum, qui erat, qui est, et qui Venturus
est: qui creavit, et redemit nos suo Sanguine,
per Crucem, mortem, Sepulturam, et Resurrectio-
nem suam: qui hic presens, et ubique est: qui

Dupie: Vbi fuerint duo vel tres in nomina meo
congregati, ibi in medio eorum sum. et per
nomen ejusdem Domini nostri Jesu Christi, ut
hinc statim recedatis, cum maleficijs, et fac-
turis vestris, nunquam redituri. In nomine
Patris, et Filij, et Spiritus Sancti. Amen.
V. Adjutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui
fecit celum et terram. V. Exurge Criste, ad-
juva nos. R. et libera nos propter nomen tuum.

ORATIO.

O, potestas immensa, O, Trinitas individua,
Eterna Spiritus Sancta, te omnes Christiani
exoramus, ut potentiam et misericordiam tuam
super hanc creaturam tuam N. porrigas, et
ab omni spiritu immundo tua peccata li-
berare digneris. Qui vivis et regnas in secula
seculorum. Amen.

Hic sacerdos revertatur ad benedictionem
olei, et dicat.

Benedicat te, creatura olei ⁊ Imperialis
 magestas; protegat te Regalis ⁊ Divinitas:
 Defendat te ⁊ Immensa Trinitas; foueat te
 ⁊ gloriosa Unitas; Dirigat te ⁊ inestimabi-
 lis bonitas; Regat te ⁊ potentia Dei Patris:
 Vivificet te ⁊ Sapiencia Dei filij: Deducat
 te ⁊ Virtus Spiritus Sancti, Alpha, et Ome-
 ga Deus Sabaoth. Sic ista invocatio, ve det
 tibi ad omne malum virtutem. Cruz ⁊
 Christi saluat te: Duodecim Apostoli te ⁊
 custodiant: Sancti Martires te ⁊ adjuvent:
 Sancti Confessores te be ⁊ medicant: Omnes
 Sancti Sacerdotes novi et Veteri testamenti
 te exorcizent; et sanctificent ⁊ Sancti
 Angeli, Archangeli, Troni, Dominationes,
 Principatus, et Potestates, Virtutes Colorum,
 Cherubin, et Seraphin te ⁊ defendant: Vir-
 tuosus Deus trinus, et unus te bene ⁊ dicat,

et Deo tibi ad omne malum, et ad omnes
facturas, et maleficia virtutem; ut per te
possim destruere, eradicare, et euellere de ani-
mabus, et corporibus humanis omnia ma-
leficia, omnes Incantationes, ligationes, factu-
ras, et omne opus nefarium diaboli. Per
Christum Dominum nostrum. Amen.

Hic sequuntur benedictiones dicti olei ad
bibendum et ad unguendum facturatos.

A. Adjuutorium nostrum in nomine Dni.

R. Qui fecit Celum et Terram.

Exorcismus.

Exorcizo te, creatura olei, per Deum
vium, per Deum Verum, per Deum San-
ctum, ut omnis Virus aduersarij, omnis
exercitus diaboli, omnisque Inuercio, et
omne Phantasma Satane eradicetur a te.

38
ut fias omnibus, qui te sumpserint, medi-
cina ad expellendas omnes faturas, et fu-
ganda omnia maleficia Satane, et minis-
trorum ejus, et ipsum inimicum expellere
cum omnibus maleficijs, Incantationibus, ligo-
tionibus, Signaculis, faturis Valeas. In nomine
Patris, Omnipotentis, in Charitate Jesu Chri-
sti Domini nostri filij ejus, qui vivit, et regnat
cum Spiritu Sancto Deus. Per omnia secula Amen.
V. Dominus Vobiscum. R. Et cum Spiritu tuo.

Oratio.

Creaturarum Deus omnium, et Domine Cre-
ator, qui per Moysen famulum tuum, per-
mixtis herbis aromatum, fieri prece-
pisti Sanctificationem Unguenti Clementia
tuam suppliciter deprecamur, ut huic
oleo, quod oliva, te Jubenee, produxit,
Spiritualem gratiam largiendo, plenitudine

Sanctificationis infundens: Sic Domine,
Luga demonum, ac omnium maleficiorum,
Incantationum, ligationum, facturarum,
ac omnium operum Satane exterminatio:
et presta orobis, Domine Sancte Pater om-
nipotens, eterne Deus, ut quicumque ex hoc
oleo biberint, et deuote unxerint, sit eis
perfecta medicina contra omnes diabo-
licas machinationes, facturas, ligationes,
et signaturas, ac malignus Spiritus. Per
Dominum nostrum Iesum Christum, qui
lauit nos a peccatis nostris in sanguine
suo. In nomine Patris, et Filij, et Spi-
ritus Sancti. Amen.

Lixorismus.

Lixorizo te creatura olei, in nomine
Patris, et filij, et Spiritus Sancti;

ut per hanc Invocationem Individue Tri-³⁹
nitatis, ac Unius Virtute Deitatis, omnis ne-
quissima Vires adversarij, omnis Inveterata
malitia Diaboli, omnis Violenta Incurtio, om-
ne Confusum, et Cæcum phosasma eradice-
tur, fugatur, et discedat ab hoc oleo: et om-
nes, qui ex eo biberint, et devote Unxerint,
fiat Sanitas super eos ab omni maleficio
diablico, ut non possit latere illa maligno-
rum spirituum nequicia. Per eundem Dñm
nostrum Jesum Christum, qui cum Deo Patre, et
Spiritu Sancto Vivit, et regnat in secula
seculorum. Amen.

Oratio

Deus omnipotens, Sanctificationum Domi-
nator, cujus pietas sine fine tenetur;
Deus qui celestia, et terrena simul modera-
ris, et Complecteris, servans misericordiam
tuam populo tuo ambulanti ante conspectum
glorie tue. Exaudi, pie Domine, preces ser-

uorum tuorum, et copiosa tua benedictio
decedat in hoc oleo in honore nominis tui,
et Victoriose Crucis † tue: et in honore
Sanctorum omnium, et Sanctorum totius
celestis Curie. Tu, o, clementissime Pater,
Sanctificas † et miserator Illustras † pro-
prio splendore Clarificas † ut omnis, qui
deuote biberit, et unxerit, ab omnibus Spi-
ritibus Immundis, ac operibus eorum sane-
tur, et saluetur propter nomen tuum magnum,
et manum tuam fortem, et brachium tuum exelsum.
Et tu Deus altissime libenter protege, et dignan-
ter libera eos ab omnibus Spiritibus Immundis,
maleficijs, Incantationibus, Signaturis, facturis:
et ab omni opere Satane liberare digneris prop-
ter nomen tuum magnum, et admirabile, et libe-
ratos eterna redemptione conserva, ut sepe
feliciter, semperq; in tua gratia letantes, constan-
ter in istam Confessionem Trinitatis in fide Cha-
rctica perseuerent. Per Dñm nostrum etc. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta in modum Crucis.

Benedictio Panis non fermentati 40
qui vulgo dicitur (neuale) qui propter
ejus Leuitatem consuevit dare infir-
mis, antequam bibant predictum Aleum
benedictum.

Sacerdos habeat predictum panem pre-
paratum, pro ut necesse fuerit infirmo:
et illum benedicat sequenti benedictione,
dicens

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit Caelum et Terram.

V. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

R. Et salutare tuum da nobis.

V. Adiuua nos Deus salutaris noster.

R. Et propter gloriam nominis tui, Domine libera nos.

V. Nihil proficiat inimicus in nobis.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

V. Fiat misericordia tua Domine super nos.

R. Quemadmodum sperauimus in te.

V. nunquid poteris parare nobis mensam in deserto?

R. Pluit illis manna ad manducandum et panem
celi dedit eis.

V. Cibabit illos ex adipe frumenti.

R. Et de petra melle saturavit eos.

V. Manducauerunt et saturati sunt nimis.

R. Et desiderium eorum attulit eis.

V. Panem Angelorum manducauit homo.

R. Per gratiam suam misit eis in abundantiam.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Domine Iesu Christe panis Angelorum, panis
vivius eterne vite, benedixisti. dignare
panem istum, sicut benedixisti quinque pa-
nes in deserto, ut omnis, qui ex eo sumpserit,
et gustaverit, inde corporis, et anima per-
cipiat sanitatem, et omnis spiritus procella-

rum, et aereas potestates, facture, et omnia. 41
maleficia, Incantationes, ligature, et omne
opus nefarium diaboli, Dextera tua Virtutes
prosternantur. Descendat quæsumus Domine,
Desuper Spiritus Sanctus in istum panem,
sicut Samuela Cornigerum holocaustum eum
maltante fragor turbam aduersantem repulit:
ita effugatis omnibus Virtutibus contrarie
potestatis, et omni maleficio diaboli, sine
facturis, ligaturis, ac nefarijs operibus satane,
a famulis tuis, incolumes, et sanatos ab omni
infirmis. manus seruet Angelica. pro-
tectione superna: Ut in laudis, et spiritualis
deuotionis, et amoris Dei transeat augmen-
tum. Qui uiuis et regnas cum Deo Patre, in
Unitate eiusdem Spiritus Sancti Deus, per
omnia secula seculorum. Amen.

Oratio.

Domine. Sancte Pater omnipotens eterne
Deus, bene et dicere digneris hanc creaturam

panis tua benedictione, ut sit summentibus
salus mentis, et corporis; atque contra
morbos, et uniuersas inimicorum incidias,
maleficia, facturas, et omne opus nefa-
riam diaboli, tutamentum et tua protec-
tione ac pietate digneris dissoluere, et
anulare, ut alligata potestate demonum
in hac creatura rasionali deseruiens, defi-
ciat et turbetur, ad laudem tui sanctis-
simi nominis, et omni potentissime ma-
iestatis tue. Per Dominum nostrum Iesum
Christum panem vite, qui de Celo desen-
dit, ut esset hostia uina, et daret salu-
tem mundo; qui tecum et cum spiritu
sancto, uiuit et regnat Deus, per omnia
secula seculorum. Amen.

Oratio.

Domine Deus omnipotens, Descendat bene-

dictio Dei Patris, et Filij, et Spiritus
sancti Super hunc panem ut qui-
cumque ex eo sumpserit, accipiat sanitatem
mentis, et Corporis, et protectionem, et tute-
lam salutis, integritatem Charitatis; Con-
solationem Spei, et fidei Corroborationem,
Virtutumque omnium constantem per-
seuerantiam ac Spiritus sancti Visitationem.
Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratio.

Precamur, Domine Deus noster, tue pieta-
tis clementiam, ut panem istum celesti
benedictione sanctifices, et ita ex hoc
fugare digneris omnem diabolicam tenta-
tionem malefij spirituum Immundorum,
facturarum, ligationum traditurarum,
et incursum: ut quicumque ex hoc pane
comederit, totius Virtutis, et sanitatis dul-

cedine perfuatur, et tibi Sanctificatori,
et Saluatori omnium, gratias cum gaudio,
et letitia agere mereatur. Te igitur, Dñe
Deus omnipotens, Una Virens, Salus infinita,
Trinitas Sancta, Pater, Filius, et Spiritus
Sanctus, Supplices deprecamur, ut bene
dicere, exorcizare, et Sanctificare
pro tua pietate digneris, hanc Creatu-
ram panis, quem nos ministri tui, cum
verbis tuis, et in tuo nomine, et dilecti filij
tui, et Spiritus Sancti benedicimus,
et exorcizamus ad expellendas omnes
facturas Diaboli, incantationes, et ligatio-
nes, fascinoes, obstinationes, et omne
impedimentum Satane, et ministrorum
ejus, propter amorem Unigeniti filij tui
Dñi nri Iesu Christi, et hic panis a te
benedictus, et Sanctificatus sit fuga Demo-
num, et omnem maleficiorum, operũ

Satane exterminatio: ut omnes qui ex hoc 43
pane gustauerint, omnia opera Satane, et
omnem Virtutem eius extinguere, et fugare
Valeant: et si quid Veneni, si quid morbi
fere, operationis fuerit in illis, Clementer
eos liberes propter magnam nomen tuum
Adonay, ut creatura tua a te Conuertetur.
qui in trinitate perfecta. Viuis, et Regnas
Deus per omnia Seula. Seulorum, Amen.

Oratio.

Domine Deus omnipotens, qui Moysi, et
Aaron famulis tuis precipisti panes pro-
positionis in conspectu tuo semper adesse.
Domine Iesu christe fili Dei Viui, qui savi-
asti quinque milia hominum ex quinque
panibus et duobus piscibus. Dne Deus ha-
braham, Deus Isaac, Deus Iacob, qui filios Is-
rael de Egipto liberasti in manu forci,
et brachio exente, et quadraginta annis
in deserto eos saviasti pane celesti. Supp-

licet nos ministri et famuli tui (licet
Indigni) benediscentes panem istum quesu-
mus, Domine, nobis supplicantibus ad sit
Virens Spiritus Sancti, que ita eum sancti-
fice, ut omnes, qui ex eo sumpserint, in
pristinam sanitatem reuertantur: et omnes
Incantationes, ligationes, Signationes, facturas,
Diabolica arce factas cujuscumque Conditiones
existant, in Virtute Verborum tuorum absol-
uant, et annihilent, omnia maleficia Satane,
et ministrorum ejus, Da Domine, Virtute no-
mini tuo, quod Inuocamus Super panem
istum per magnum nomen tuum Adonay,
Tetragrammaton: et per nomen Dilectissi-
mi filij tui Iesu Christi, qui tibi factus est
obediens usque ad mortem Crucis, quod
inuocamus Super panem istum: habeat
que Virtutem per inuocationem ejusdem

nomini filij tui, et Spiritus Sancti, ad 44
effugandos Spiritus malignos, et omnes
Virescentes eorum, exalteturque nomen tuum
in nobis, in Confusionem omnium Inimico-
rum nostrorum Visibiliu, et Inuisibiliu,
qui in Trinitate perfecta Vivis, et regnas
in secula. Scutorum. Amen.

Oratio.

Domine. Sancte pater omnipotens eterne
Deus, qui ecclesiam tuam per filium tuum
in sanguine ejus plantasti, qui Moysi fa-
mulo tuo precepisti, Septuaginta viros sus-
tos de populo Israel segregari, ut present
populo tuo. Et ita. Apostoli Domini nostri
Jesu Christi in primitiva ecclesia sep-
tem ministros, per impositionem manuum
Apostolicarum ipsos Consecrauerunt, et
erant insenti in oratione, et fractione
panis. Exaudi nos, clementissime Domine,
quos ad officium sacerdotale non nostris

meritis clementer numerasti: et da Vir-
tutem Verbis eius, et nomine tuo, quod
inuoamus Super panem istum, et presta
nobis famulis tuis, Ut quicumque hunc pa-
nem deuote sumpserit in nomine tuo be-
nedictum, sanitatem mentis, et corporis
recipiat, et ab omnibus maleficijs, incanta-
tionibus, fascinoibus, signaturis, factu-
ris, et ab omnibus operibus Satane, et
propitiane, sanetur. Domine Iesu Christe,
qui hunc mundum Veniens, panem Vinum
de celo esse voluisti: exaudi nos quesumus
Domine, et presta nobis famulis tuis bene-
dicentibus panem istum in nomine Patris,
~~et Filij~~ Filij tui, et Spiritus Sancti: Ut quicumque
hunc panem deuote sumpserit, ab omni-
bus operibus Satane mundetur et sane-
tur. qui cum Deo Patre, et eodem Spiritu

Santo Vivis, et regnas in secula seculorum. Amen. 45

Oratio

Desendat, quesumus Domine, Sancte Pater omnipotens, eterne Deus, per amorem Unigeniti filij tui, Virtus Spiritus Sancti, quod illa istum panem benedicat H , Inflamet H et exora H et, Ut qui cumque ex eo comederit, sive gustaverit in nomine tuo, et dilectissimi filij tui, et Spiritus Sancti, ab omnibus operibus Satanae sanetur, et salvetur. Da Dne Sancte Pater omnipotens, eterne Deus, Ut quod rogamus, et exoramus, obtineamus in nomine tuo, et dilecti filij tui et Spiritus Sancti. Amen.

Aspergatur aqua benedicta in modum crucis super panem: postea die sequentem orationem.

Oratio

Veni Sancte Spiritus, et clementi boni-

tate benedicat et sanctificat panem istum,
ut omnes, qui sumpserint, sive gustauerint
ex eo, ab omnibus operibus Satane, et ministro-
rum eius sanentur, et saluentur in nomine
Dni nri Iesu Christi, qui cum Patre, et spi-
ritu Sancto uiuit, et regnat in secula se-
culorum. Amen.

Documenta pro exorcista.

Aduertere debet exorcista, neullo pacto pre-
beat hoc oleum, vel aliquot aliud remediū
potabile alicui Infirmo sine Consilio, et Iudi-
tio medicorum: quia cum Completiones, seu
nature, Infirmorum sint diuersae diuersi-
modo etiam, illis applicanda sunt tam ista
quam alia remedia: quia quod Vni aliquan-
do erit proficuum, alteri poterit esse noci-
uum. Ideo standum est Iudicio illorum: cum
illorum sed Completiones hominum cognos-
serit et de illis Iudicare propterea hac

remedia poterunt augeti, et minui scilicet 240
dum eorum iudicium.

Modus sumendi oleum predictum, et panem benedictum: nec non unguendi patientem ex dicto oleo benedicto.

His benedictionibus finitis tu qui curam habes infirmi seu vexati, accipe, unam, vel duas libras carnis vituli, aut aliam carnem pro opportunitate temporis, et illam eandem sine sale feras bullire in aqua donec decocta fuerit. Postea accipe sex vel octo uncias ex illo brodio, prius a sacerdote benedicto illa benedictione (ad quodcumque volueritis) vel benedictione (omnium potionum) posita infra: et duas uncias predicti olei benedicti, et omnia simul incorporata, ac tepida dabis patienti summo mane; sed ante quam infirmus bibat predictum oleum sic dispositum prebe illi panem benedictum. Dicendo.

Accipe panem istum benedictum ad destru-
enda omnia maleficia satanae tibi facta.
In nomine Patris, et Filij, et Spiritus
Sancti. Amen.

Sic que continuabis per octo, vel decem, dies,
et unaque die unge patientem ex pre-
dicto oleo, in istis locis: ad oculos, ad fron-
tem, ad aures, in pectore, ad cor, ad pulsus
manuum, ad manus, ad pulsus pedum, ad pedes,
et ungerenda singula loca, dicas sequentia
Verba

Ego ungo te N. hoc oleo benedicto, et per
istam unctionem absolve te ab omnibus
maleficijs, Incantationibus, Ligaturis, Signaturis,
et facturis tibi aec diabolia factis. In no-
mine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti.
Amen.

Benedictio ad quocumque Volueritis 347

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit Caelum et terram.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te Veniat

V. Dominus Vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oratio

Benedic Domine, creaturam istam N.

vel N. ut sis remedium salutare generi

humano, et presta per invocationem sanc-

ti nominis tui, ut quicumque ex ea sup-

serit, vel gustaverit, Corpori Sanitatem,

et anime tutelam accipiat. Per Christum

Dominum nostrum. Amen.

et aspergatur aqua benedicta in

modum Crucis.

Alia Benedictio olei ad Ingerendum
maleficiaos quodvisque fauendum
predictum oleum

Resipe { Rutam.
 { Solue.
 { anethi. ana ana tres.
 { Cinis olivarum.
 { Aqua benedicta

Et omnia fac bullire in oleo: deinde
ipsum benedicas sequenti benedictione

℞. Adjuvatoriu nostrum in nomine Dni.
℞. Qui fecit celum et terram.

Exorcismus.

Exorcizote, spiritus immunde, per Deum
Hilvium, per Deum Hlverum, per Deum
Hl Sanitum, qui fecit celum et terram,
mare, et omnia que in eis sunt: Ut om

nis Virtus aduersarij, omnis exercitus Dia 48
bdi, omnis inuictus, et omnipotens, ma-
Inimici eradicentur et refugiant ab hac
Creatura olei, et omnium Perbarum, que
in eo sunt, ut sit Ignis ardens aduersus
omnes Insidias Inimici, ut quicumque Unc-
tus fuerit hac Creatura olei, sit Sanctus,
et Sinceritas Super eum: et Spiritus ma-
ligni, et fantasticæ Visiones, Vnctione huius
olei saparentur, et elongentur ab eo. Per
eum, qui Venturus est Iudicare vivos, et
mortuos, et seculum per Ignem. Amen.

Oratio

Domine Deus omnipotens, cui stat exer-
citus Angelorum cum tremore, quorum
seruitium spirituale cognoscitur, signa-
re respicere, benedicere et sanctificare
et hanc creaturam olei, quam ex oliuari
succo dixisti, et ex eo infirmos iungi man-

Dati: quatenus Sanitate precepta, tibi Deo
Vivo, et Vero gratias agerent: Presta quesu-
mus ut hi qui oleo, quod in tuo nomine bene-
dicimus, ut si fuerint, ab omni langore,
omnique Infirmitate, et à cunctis veni-
diis Inimici liberentur, et cuncte aduersi-
tates separentur à plasmate tuo, quod
precioso Sanguine filij tui redemisti, ut
nunquam lædeatur à morsu Serpentis an-
tiqui: Per eundem Dominum nostrum I. D. A. M. E.

Et aspergatur aqua benedicta, postea
Unge pariter, sicut supra ostensum est.

Modus Soluendi maleficia aliam per-
sonam facta, in Corpore humano exis-
tentia.

Prius aduertere debet exorista in qua
parte Corporis maleficia inferat

49

Dolorem: quia regulariter in istis tribus
partibus consueverat maleficia induere
letionem, scilicet in Ventre, in Stomacho,
et ad Cor, si Dolorem immittat inferiori par-
ti Corporis maleficiati, prebe illi oleum be-
nedictum prima benedictione, eo modo
quo dictum est supra, et omni die, quo
infirmus biberit predictum oleum, debet
exorcisari per tres, vel quatuor horas. Si
autem dolor redueatur ad Stomachum,
vel ad Cor, tunc prebe illi sequens Remedium.

Recipe { Ellebri albi }
{ Perforati } Ana. 3. l. 5.
{ Succirosi rosati } 3. 5.
{ Turis }

Et omnia simul in Vino albo optimo,
quantitate vnius librae, tandem facias

bullire, quousque deueniat ad medietatem:
postea ipsum Vinum Colatum, benedictum a
Sacerdote propria benedictione posita infra,
tribus patienti hora Competenti, et per
tres dies si neesse fuerit, sic Continuabis Vno
die, et alio non. Et Vna quaque die, non obs-
tante dormitu, Infirmus Contritus, et Con-
fessus, atque in Statu sue Salutis existens
exorizatus^{ur} spatio trium vel quatuor hora-
rum: quia sic sanabitur, fabente graua
Dei.

Medicina pro maleficiatis.

Florum Linette,
ypericonis,
onaxrubij,
Orbice, aut Iue,
Rute.

Et fiat decoctio ad medietatem: postea bene.

Dicatur a Sacerdote, benedictione sequenti;
et detur malofitiato hora competenti.

Benedictione Siruporum, atque medicinae.

Aqueoriam nostrum in nomine Domini.

Qui fecit Celum et terram.

Domine Iobiscum.

Et cum Spiritu tuo.

ORATIO

Omnipotens sempiterna Deus, qui fecisti
Celum, et terram, mare, et omnia que in
eis sunt, benedidisti digneris hanc ~~tra~~
medicinam; et super eam benedictionem
tuam effundere digneris, ut per tuam
sanctissimam virtutem, et copiosissimam
benedictionem, demonem hunc, famulum
tuum N. Dextram, torqueat fatiget, ex-
pellat, ipsumque famulum tuum N. pre-
tiosissimo Domini tui Iesu Christi filij tui

redemptum sanguine, ab omni demonum
molestia liberatum, per tuam bonitatem
custodire digneris, ad laudem tui sanctissimi
nominis. Per eundem Dominum nostrum etc. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta in modum
crucis.

Benedictio Omnium Potionum ad destruendas
falenas, et fugandas maleficia de Corporibus
Humanis.

P. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
R. Qui fecit celum et terram.

L. Porcumus.

L. Porcizoe, medicina, per Deum I. Vi-
rum, per Deum I. Verum, per Deum I.
Sanctum, per illum, qui te ad salutem
generis humani creavit. L. Porcizo te
I. per incarnationem filij Dei Viri, per

natiuitatem, et Circumcisionem eius: per S^cl
Baptismum et Sanctum Ieiunium eius, per
passionem, mortem, Resurrectionem, et Assen-
tionem eius, per aduentum, et gratiam Spi-
ritus Sancti paracliti, per Beatam Mariam
Virginem matrem Domini n^{ri} Iesu Christi:
per omnes Angelos, Archangelos, Tronos, Do-
minationes, Principatus, Potestates, Virtutes,
Cherubin, et Seraphim; Per omnes Patriar-
chos, Prophetas, Apostolos, Martires, Confes-
sores, Virgines, Viduas et Continentes Dei; et per
omnes Virtutes. eorū, ve in virtute ipsius Dei
destruas omnia maleficia et incursus
diaboli, ac ministrorum eius, omnes in-
cantationes, figationes, Signaturas, et fal-
turas, Diabolica arte factas; seu inuentas
contra famulum Dei N. ita ve ad nihilum
redigantur, tanquam si non essent: Ve sicut
diuina potentia spoliavit Infernum, ita
exspoliare valeas, et possis hunc famulum

Dei N. et Imaginē. Cristi ab omnibus Spi-
ritibus Immundis, ac operibus eorum: et per
te extinguantur omnes ardores, calores, et
frigiditates, Cetera, que pestilentie, falsae, sine
fide, Contra famulum Dei N. in omnibus
facturis. Per eum, qui Venturus est Iudicare
Vivos, et mortuos, et seculū per Ignem. Amen.

ORATIO

Omnipotens sempiterna Deus, qui omnia
ex nihilo condidisti: qui hominem, ad Im-
ginem, et similitudinem tuam creasti:
et mirabiliter redidisti: Virtutis tuae
Invictam fortitudinem deprecamur, Dñe
Sancte Pater omnipotens aeterna Deus, et
te suppliciter exoramus ut medicinam
Istam bene + dicere, exorari +zare, et
sanctificare pro tua pietate digneris:
ut ex vultu divinae maiestatis tue, Vir-

tulem tuam Contra Omnes Inmundos Spi-⁵²
ritus, Incantationes, ligationes, Signaturas,
facturas, et omnia maleficia Satane,
possit recipere, et expellere a famu-
lo tuo N. quicquid potest pestiferum
esse, ut exhibeat plenum sanitatis effe-
tum. Deterreat prestigia, fantasticasq;
visiones Compescat, per Signum Sancte
crucis † filij tui Domini nostri, ecclesiam
fidelissimam desiderantibus preste, per
hoc tuum, Domine. Iesu Christe Signa-
culum, † et quod nullius dolus, nullius per-
tinacia Destinavit. qui cum Patre et Spi-
ritu Sancto vivis, et regnas in secula se-
culorum. Amen.

Oratio.

Benedicis Jurem te, creatura medicina,

in nomine Patris \dagger et Filij \dagger et Spiritus \dagger
Sancti, qui te creavit pro tutela humani
generis. Proinde rogamus te, Dñe Deus noster,
ut hec creatura medicina, famulo tuo N.
in nomine Sancte Trinitatis efficiatur
salutare remedium sit que perfecta me-
dicina in visceribus ejus, qui in Trinitate
perfecta vivis, et regnas in secula seculorū
Amen. Oratio.


Descendat quesumus Domine Sancte Pa-
ter omnipotens eterne Deus, in hanc me-
dicinam Virtus Spiritus Sancti: et per hoc
signum \dagger Crucis fugiant omnes demones:
sive phantasmata, vel quodcumque
opus diabolicum ab omni imagine Cristi,
et Virtus eorum omnino extinguatur
et annihiletur; ad honorem exelte majes-

talis tuę: et Omnis creatura facta ad
 Imaginem, et similitudinem tuam, per
 hanc medicinam, ab omnibus Spiritibus
 immundis, ac operibus eorum sanetur,
 et saluetur in nomine Domini nostri
 Iesu christi, qui cum Patre, et Spiritu
 Sancto Vivit et Regnat in unita. Scutoru
 Amen.

Et aspergatur aqua benedicta in modu crucis.

Remedium liberativum, et preservativum
 ab infestationibus Demonum Vexantium
 homines, Jumenta, et habitacula eorum,
 et ab insultibus maleficiorum.

Accipe Caream, et ipsam benedic propria
 benedictione posita supra folio, 21. postea
 asperge ipsam aqua benedicta: deinde scri-
 be super eam hac Verba in modum Crucis.

n  R. Quia Verbum Caro factum est,
et habitavit in nobis, nascens
ex Maria Virgine per ineffa-
bilem pietatem, et misericordiam suam
piissimam, et per intercessionem ejusdem
Beate Marie Virginis, et Angelorum, Sancto-
rumque omnium, et maxime Apostolorum,
et Evangelistarum suorum Joannis, et
Matthei, Marci, et Lucæ, ipsum queso, ve
dignetur me liberare, et Conservare ab
omni Infestatione, Satane, et ministrorum
ejus. qui cum Patre, et Spiritu Sancto
Vivit, et regnat in secula seculorum. Amen.

Deinde accipe Sal exorcizatum, et bene-
dictam, Ceram Cerei Paschalis, vel aliam
benedictam, et Rutam benedictam propria
benedictione posita supra. Omnia asper-
sa aqua benedicta: et omnia simul pone

in charta

54
in chartam supra dictam: et in modum
breui suspende omnia ad collum patientis,
vel in loco vexato, et liberabitur, seu conserba-
bitur gratia Dei.

Benedictio Salis et Aquę ad curandum Demo-
nacos, seu maleficiatos.

Sacerdos Curatorus Emergumentum, vel ma-
leficiatum habeat illum presentem, contri-
tum, et Confessum, habeatque sal et aquã
preparata, et prius quam illa incipiat be-
nedicere, flexis genibus, corde deuoto, et ani-
mo humiliato faciat Confessionem, et abso-
lutionem super infirmum, et assistentes,
hoc modo.

Confiteor Deo etc. misereatur Vestri etc. Indul-
gentiã absolutionem etc. Deinde legat septẽ
Saluos penitenciales, et sequentes litanias
super sal et aquam.

Litanie

Kyrie eleyson.

Christe eleyson.

Kyrie eleyson.

Pater de celis Deus,

miserere ei.

Fili redemptor mundi

Deus, miserere ei.

Spiritus sancte deus.

Santa Trinitas unus deus.

Santa Maria, ora pro eo.

Santa Dei genitrix. ora.

Santa Virgo virginum. ora.

S^{te} Michael. ora pro eo.

S^{ta} Gabriel ora.

S^{te} Raphael ora.

Omnes sancti Angeli et

Archangeli orate.

Omnes sancti Beatorum

Spirituum Ordines orate.

S^{te} Joannes Baptista ora.

Omnes S^{ti} Patriarche et

Prophete. orate.

S^{te} Petre. ora.

S^{te} Paule. ora.

Omnes S^{ti} Apostoli

et Evangelista. orate.

Omnes S^{ti} Iurpuli

Domini. orate.

S^{te} Stephane. ora.

S^{te} Laurenti. ora.

S^{te} Vincenti. ora.

Omnes S^{ti} martires, orate.

S^{te} Silvester, ora.

S^{te} Gregorij, ora.

S^{te} Ambrosi, ora.

S^{te} Augustine, ora.

Omnes S^{ti} Pontifices,

et Doctores, orate.

Omnes S.^{ti} Confessores, orate.

S.^{te} Benedicte ora.

S.^{te} Françise, ora.

S.^{te} Dominice, ora.

Omnes S.^{ti} Sacerdotes et
Leuite, orate.

Omnes S.^{ti} monachi et
hermite, orate.

S.^{ta} maria magdale. ora.

S.^{ta} Agnes, ora.

S.^{ta} Anastasia, ora.

Omnes S.^{te} Virgines et
vidue, orate.

Omnes S.^{ti} et S.^{te} Dei,
intercedite pro nobis.

Propitius esto, parce
nobis Domine.

Propitius esto exaudi nos
Domine.

Ab omni malo libera
eum Domine.

Ab omni peccato, lib.

Ab ira tua. lib.

Per misterium Sancte
incarnationis tue, lib.

Per adventum tuum, lib.

Per natiuitatem tuam, lib.

Per baptismum et Sanc-
tum Ieiunium tuum, lib.

Per Crucem et passi-
onem tuam, lib.

Per mortem, et sepulta-
ram tuam, lib.

Per Sanctam Resurrectio-
nem tuam, lib.

Per Admirabilem Assenti-
onem tuam, lib.

Per aduentum Spiritus
Sancti paracliti, lib.

In die Iudicij, libera nos Domine

Peccatores Te rogamus
audire.

De nobis parcas, te. largire digneris, te.
De nobis indulgeas, te. Ut hanc aquam benedi-
diere, et conservare
Ut ad veram penitentiam digneris, te.
nos perducere digneris, te. Ut hanc aquam benedi-
te rogamus audinos. diere, sanctificari,
De ecclesia tua sancta et conse-
regere et conservare crare dig-
digneris, te. neri, te rogamus audinos.
Ut domum Apostolicam, De nos metipsum in
et omnes ecclesiasticos tuo sancto servitio con-
ordines in s. religio- fortare, et conservare
ne conservare digneris, te. digneris, te rogamus.
De Regibus et princi- Ut omnibus benefa-
pibus Christianis pacem toribus nostris sempi-
et veram concordiam do- terra bona retribuas, te.
nare digneris, te. Ut fructus terre dare,
De inimicos s. ecclesie et conservare digneris,
humiliare digneris, te. te rogamus audinos.
De cuncto populo Chris- Ut omnibus fidelibus
tiano pacem, et veritatem defunctis requiem
eternam donare dig-
neris, te rogamus.

Ut nos exaudire digne-
ris, te rogamus adiuuor.

Christe audi nos.
Christe exaudinos.

Fili Dei, te rogamus audi.

Kyrie eleyson.

Agnus Dei qui tollis pec-
cata mundi, parce nobis
Domine.

Christe eleyson.
Kyrie eleyson.

Agnus Dei qui tollis pecca-
ta mundi, exaudi nos Dne.

Pater noster etc.
V. et ne nos inducas etc.
R. sed libera nos a malo.

Agnus Dei qui tollis pec-
cata mundi, miserere
nobis.

V. Salua fac seruū tuū.
R. Deus meus sperantē in te.
V. Dne. exaudi orationē meā.
R. Et clamor meus ad te veniat
V. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Domine Deus omnipotens: qui ^{omnes} homines vis
saluos fieri, et ad agnitionem veritatis ve-
nire, suscipe orationem meam, quam ante
conspicuum clementie tue, fundo pro fa-
mulo tuo N. quia demonio vexatur, et
ad misericordiam tuam confugit. Per do-

minum nostrum Iesum Christum filium
tuum, qui tecum vivit, et regnat in unita-
te Spiritus Sancti Deus. Per omnia secula
seculorum. Amen.

Exorcismus Salis.

V. Adjuvatorum nostrum in nomine Dni.

R. Qui fecit celum et terram.

Exorcizote creatura Salis, per Deum
creatorem et creaturarum omnium auctorem,
qui inter reliqua sua opera dignatus est
adjuvare virtutem Salis: Tu itaque arma-
ta per virtutem suam celestem gravissimam
inimicum suum persequere. Tu nunc
creatura Salis in presenti opere impli-
cata, in sancta virtute Domini nri Iesu
Christi, persequere diabolum, et omnes
ejus insidias, et a viceribus omnium

57
Ubicumque fueris aspersus, absque ulla
molestia omnes infirmitates expelle,
et omni anime accipienti profuturus
ad salutem perpetuam fias, et pernitiam
perpetue ultionis exhibidas. Per eum qui
venurus est iudicare vivos, et mortuos,
et seculum per ignem. Amen.

Oratio.

Benedic, ✠ Domine, hanc creaturam salis,
quam benedi ✠ vimus in nomine Sancto tuo,
et filij tui christi domini nostri, et spi-
ritus sancti, ut sis ignis ardens adversus
insidias diaboli, et sanitatem prestat pa-
tienti contra omnem dolorem. Per dominum
nostrum etc. Amen.

Oratio.

Presta quesumus, Domine, salutare re-
medium per hanc benedictionem, qua.

benediximus hanc Creaturam Salis, ut ubi-
cunque affuerit, ad Sanitatem Corporis, et
anime proficiat. Per Dominum nostrum etc. Amen.

Oratio

Domine Sancte pater omnipotens eterne
Deus, bene dicere digneris hanc creaturam
Salis in tuo nomine Deus omnipotens, Deus
Celorum, Deus Angelorum, Deus Archangelorum,
Deus Prophetarum, Deus Apostolorum, Deus
Martyrum, Deus Confessorum, Deus Virginum,
Deus Sanctorum omnium, quam in usum
humani generis benediximus. Bene-
dic igitur, Domine, hanc creaturam Salis,
sicut benedixisti Sal, quam dedisti in pra-
michijer prophete, ex quo sanate sunt
aque, ut qui cumque gustauerint ex eo, Sa-
nitatem Corporis, integritatem que mentis,
et tutelam Salutis, atque corroboracione

fidei accipiant, Saneque, atque custodiat 58
animas, et omnia membra eorum, a lan-
gore pessimo, et ab insidiis Diaboli, et pro-
ficiat ad salutem anime, et corporis. Per
Dominum nostrum etc. Amen.

Oratio.

Gratias agimus tibi, et nomini tuo, Omni-
potens Deus, qui mitere dignatus es Jesum
Christum filium tuum Dominum nostrum,
qui dedit nobis virtutem suam unde re-
sistere diabolo, et insidijs ejus possimus:
benedic. I ergo hanc creaturam salis, et
spiritu Sancto tuo illum illustra, ut si
quis eam susceperit per virtutem nominis
tui, proficiat ei adversus omnia tela,
et Paula nequissimi inimici tui. Per
Dominum nostrum Jesum Christum
filium tuum etc. Amen.

Exorcismus Aquæ.

V. Adjutorium nostrum etc.

R. Qui fecit celum etc.

Exorcizo te, creatura aquæ, per Deum
vivum et Creatorem tuum, et omnium
creaturarum auctorem, qui te ab initio,
suo Verbo ab arida terra separavit, et ad
portandum, atque abluendum omne, quod
sordidum est, destinavit, ut retines naturalem
et insitam tibi à Deo Virtutem et palpabiles
abluis sordes, ita addicta virtute per Invo-
cationem Divini nominis invisibiles, si que
in eo loco sunt, sordes, aspersione tua, Chris-
tolumbente, in nomine ejus expurget. Per
eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratio.

Benedic, Domine, hanc creaturam aquæ,
ut sit remedium salutare generi humano,

et presta per Inuocationem tui nominis, 59
Corporis Sanitatem, et anime tutelam, atq[ue]
defentionem mentis. Per Dominum nostrum
Iesum Christum etc. Amen.

Oratio.

Benedic, Domine, hanc aquam aduer-
sus humani generis inimicum, et mitte
spiritum sanctum tuum super eam, ut
armata defentione celestis Virtutis, Cunc-
tis percipientibus proficiat ad salutem.
Per Dominum nostrum Iesum Christum etc. Amen.

Oratio

Benedic, omnipotens Deus, hanc aquam,
qui ad usum humani generis ad abluen-
dum omnium peccatorum Crimina pres-
titisti, ut Inuocato super eam nomine
tuo sancto, quicumque in ea locus fuerit,
seu a qualibet creatura rationali potata,

Salutaris tui munus Inuisibile per hanc
aquam tribuatur, Ut omne quod sordidū
est effugetur, et tue pietatis beneficium
omnibus Conualescat. Per Dominum nostrū
Iesum Christum. etc. Amen.

Oratio.

Domine Sancte Pater eterne Deus exau-
di preces nostras, sicut exaudire dignatus
es famulum tuum Moysen in maris Rubro,
propter hoc, quia Pharaos in populo tuo
cor suum exacerbat, ut ipsum mare
sui exercitus necaret; et sicut Heliseus
propheta, cum populus tuus aquam gut-
tare non posset, sal accipiet et proiecit
ad exiens aquarum, et benedixit eas, et
dixit: Sanauit Dominus aquas istas, et
non erit in eis mors, neque infirmitas,
et sanatae sunt aquae, ita tu Domine sana

aquam istam ubi ubique aspersa fuerit
 per domos, siue angulos domorum, et ubi
 cumque maleficium diabolicum fuerit
 statim confusum, et increpatum abscedat,
 et fugiat: et sit nobis, Domine, hac aqua
 aspersa, aqua omnis virtutis, aqua refri-
 gerans, et diaboli interitus, et liberatus
 hic famulus tuus N. laudes et gratias tibi,
 Domine. Sancte Pater omnipotens, age
 sempiternas. Per Dominum etc. Amen.

— ss — / — ss — / — ss — / — ss — / — ss —
 Hic sacerdos mittat salem in aquam in
 modum Crucis, dicendo

— ss — / — ss — / — ss — / — ss — / — ss —
 Commixtio salis et Aquae pariter fiat
 in nomine Patris, et Filij, et Spiritus
 Sancti. Amen.

Oratio.

Deus, qui ad salutem humani generis
 maxima neque sacramenta in quarunda

rerum Substantia. condidisti: adesto propi-
tius inuocationibus nostris, et elemento hu-
ic multimodis purificationibus prepa-
rato, Virtutem tuae benedictionis infun-
de. † Be Creatura tua mysterijs tuis ser-
uiens: ad eijciendos demones, morbosque
pellendos, Divinae gratiae Sumae effectum.
Be quicquid in domibus, vel in locis fide-
lium haec Unda respicerit, Careat omni
Immundicia, liberecur a noxa, non illic
resideat Spiritus pestilens, non aura cor-
rumpens, discedant omnes insidiae latentis
inimici, et si quid est, quod aut inesturni-
tati habitantium invidet, aut quieti, as-
percione hujus aquae fugiat: ut Salubritas
per Inuocationem tui Sancti nominis experita,

ab omnibus sit impugnationibus defensa. ⁶¹
Per Dominum nostrum, etc. Amen.

Oratio.

Deus invicta. Virtutis auctor, et insuperabilis imperij Rex ac semper magnificus triumphator, qui omnem diaboli sevitiam reprimis, qui inimici rugientis, iracundia fangis qui hostiles nequias potenter expugnas, te, Domine, trementes, et supplicantes deprecamur, ac, petimus, ut hanc Creaturam Salis, et aquae, dignanter aspicias, benignus illustres, pietatis tuae more sanctifices, ut ubicumque fuerit aspersa per Invocatione tui Sanctissimi nominis, omnis infestatio immundi spiritus abijcatur, terrorque venenosi serpentis procul pellatur, et presentia Sancti Spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus, ubiq[ue] adesse dignetur. Per Dominum etc. Amen.

Oratio.

Reverendae quesumus Domine omnipotens Deus,
beneficentia tua super hanc creaturam salis
et aquae, et ea sanctam familiam tuam
protege, atque defende, et corporibus me-
decinam tribue: Diabolo ignis inextingui-
bilis potatione, seu ablutione hujus aquae
infligatur. Per Dominum etc. Amen.

Oratio.

Magnitudinem tuae potentiae interpella-
mus; omnipotens Deus, qui ex uno fonte Pa-
radisi quatuor flumina produxisti qui per
Angelum tuum Agar fontem ostendisti, ex eo
Ismaelem sitientem potasti, qui preces pueri
Abrabae in mesopotamia ad fontem exaudisti,
et omnes ejus desiderium adimplesti, qui
famulo tuo Moyse petram percutere iussisti,
et populum tuum in deserto ex aqua de petra

educta potasti, qui aquam amarum, immo 62
ligno Dulcorasti: te supplices exoramus, ut
similis benedictio \dagger descendat a te super
hanc Creaturam Salis, et aque, ut quicumque
in ea lotus fuerit, et ubicumque aspersa
fuerit, vel potata in nomine majestatis
tue, Sanctus, et omnes incantationes inimi-
ci impugnet, atque repellat. Iterum etiam
rogamus, et petimus, ut sicut Angelum tuum
Raphaelem ad domum Raguelis, mittere
dignatus es, ut Asmodeum ligaret, ita simile
sit beneficium huic Creaturæ tue. N. et ubi-
cumque hæc aqua aspersa fuerit, propi-
tius habitatoribus sit, nec illis inimicis
suggestionibus inanibus nocere possit, sed
te propiciante fugatis abscedat. Per domi-
num nostrum Jesum Christum. \dagger Amen.

Oratio.

Te inuocamus Domine Sancte Pater Omni-
potens sempiternus Deus, ut hanc Creaturam
salis, et aquae exorcizare, et benedi-
cere, pro tua pietate digneris, ut omnis
spiritus immundus in ea ultra non habe-
at potestatem, sed ubique fuerit aspersa,
Angelorum tuorum ibi auxilium descendat.
Per dominum nostrum etc. Amen.

Hic sacerdos aspergat hac aqua benedicta
demoniacum, deinde dicat.

Oratio.

Deus, qui es medicus salutaris, ad te feren-
da sunt iugiter nostra obsequia, tribue
nobis tam corporis, quam mentis sanita-
tem. Per dominum nostrum etc. Amen.

Hic prebe potum patienti: Vel quando tibi
stauerit ex aqua. Et nota quod aqua ingre-
diens potiones prius semper hac benedictione
est benedicienda.

Benedictio domus, a spiritibus immu- 63
dis molestata, ex antiquis exorcismis
excepta.

Antequam sacerdos ingrediatur domum, dicat
sequentem orationem.

Oratio.

Omnipotens sempiternus Deus, qui sacerdotibus
tuis precesteris tantam gratiam contulisti,
ut quicquid in tuo nomine digne, perfecte
ab eis agitur, a te fieri credatur: quesumus
immensam clementiam tuam, ut quod modo
visitaturi sumus, visites, et quicquid bene-
dicturi benedicias, et ad ea, que acturi
sumus, de prece tuae potentie extendas, sicut
ad nostram humilitatis Ingressum, et introitum,
sanctorum tuorum meritis, fuga demonum,
Angeli pacis Ingressus. Per Christum Dum est. Amen.

Oratio dicenda cum perveneris ad locum
molestatum.

Oratio.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris, et
hanc domum serenis oculis tue pietatis illus-
tra, et descendat super habitantes in ea, gra-
tia tuae benedictionis, ut in his factis habita-
culis cum salubritate manentes, ipsi tui
semper sint habitaculum. Per Christum etc. Amen.

Oratio.

Benedic, Domine, domum istam; benedic,
Domine, introitum nostrum, benedic,
Domine, ingressus pedes nostrorum, siue dig-
natus es domum patrum nostrorum Abrahamae,
Isaac, et Jacob, benedicere, quesumus Domine
Iesu Christe qui discipulis tuis dixisti: In
quacumque domum intraveritis, salutate
eam dicentes Pax huic domui, et veniat pax
illa super domum istam, et omnes famulos
et famulas tuas, et eos, Domine, ab omni

Infirmis eripere, et liberare digneris,
et reple eos centesimo fructu Vini, et olei,
et frumenti, et in futuro illis eternam
concede gloriam. Qui vivis, et regnas in secula
seculorum. Amen.

Oratio.

Bene fide, quesumus, Domine. Deus omni-
potens, locum istum cum edificijs suis, ut sit
ibi sanitas, virtus, et gloria, atque humilitas,
bonitas, et mansuetudo, lenitas, et plenitudo
legis, obedientiaque Deo Patri, et filio, et
spiritui sancto. Haec benedictio sit semper hunc
locum, et super omnes habitantes in eo. Per
Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratio.

Te Deum Patrem omnipotentem oramus
pro hac domo, et pro demoniais hanc
habitantibus, hac spe, ut sanctificare dig-

neris: ut sine promptuaris eorum plena,
exultantia ex hoc in illud, tribue ejus de
rore celi abundantiam: et de pinguedine vitæ
substantiam, et desiderium cordis, et vota
eorum ad effectum tuæ miserationis perdu-
cas: Introitum vero benedicere digneris, ut
benedicere dignatus es Abraham, Isaac, et
Jacob; et infra parietes domus istius Ange-
lus tuus inhabitet. Per Christum Dominum
nostrum. Amen.

Oratio.

Proector in te sperantium Domine Deus,
et subditorum tremantium Custos, habitan-
tibus in hac domo famulis et famularibus
tuis propitius adesse digneris: et Veniæ
super eos semper tuæ benedictionis infusio,
ut pietatis tuæ tunc repleti muneribus,

tua gratia semper in tuo nomine tibi ex-
ultet. Per Christum Dominum nostrum. Amen. 65

Oratio.

Exaudi nos, Domine, Sancte Pater omni-
potens eterne Deus, ut si qua aduersa, et
si qua contraria sunt in hac domo, aucto-
ritate maiestatis tuae expellantur. Per
Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde aspergendo loca domus aqua
benedicta die Palmos sequentes.

Palmus 119

Ad dominum cum tribulaber clamavi: et
exaudiuit me. — Domine libera Animam
meam a labiis iniquis: et a lingua dolosa.
Quid decur tibi, aut quid apponatur tibi: ad
linguam dolosam. — Sagitte potentis aucte:
cum carbonibus desolatorijs. — Heu michi quia
meolatus meus prolongatus est: habitavi cum

habitantibus Cedar, multum incolta fuit ani-
ma mea. — Cum his qui habuerunt pacem,
eram pacifius: cum loquebar illis impugna-
bant me gratis. —

Psalmus 120

Leuavi oculos meos in montes: Unde Veniet
auxilium mihi. — Auxilium meum a Domino:
qui fecit Caelum et terram. — Non det in
commotionem pedem tuum: neque dormi-
et qui custodit te. — Ecce non dormitavit
neque dormiet: qui custodit Israel. — Do-
minus custodit te, dominus protectio tua:
Super manum deprecaram tuam. — Per diem
sol non uret te; neque luna per noctem.
Dominus custodit te ab omni malo: custo-
diat animam tuam Dominus. — Dominus
custodiat introitum tuum, et exitum
tuum: ex hoc nunc et usque in seculum.

Letatus sum in his que dicta sunt mihi:
 in domum Domini ibimus. — Stantes erant
 pedes nostri: in atrijs tuis Hierusalem. —
 Hierusalem que edificatur ut Civitas: cujus
 participatio ejus in idipsum. — Illuc enim
 ascenderunt tribus, tribus Domini testimoni-
 um Israel: ad confitendum nomini Domini.
 Quia illic sederunt sedes in Judicio: sedes
 super domum David. — Rogate que ad pa-
 cem sunt Jerusalem: et abundantia diligen-
 tibus te. — Fide pax in Virtute tua: et
 abundantia in turribus tuis. — Propter
 fratres meos et proximos meos: loque-
 bar pacem de te. — Propter domum
 Domini Dei nostri: quesivi bona tibi. —

Psalms 122

Ad te levavi oculos meos: qui habitas in celis.

Ecce sicut oculi servorum: in manibus Domi-
norum suorum. — Sicut oculi ancillæ in ma-
nibus Domini sui: Ita oculi nostri ad dominum
Deum nostrum, donec misereatur nostri. — Mi-
serere nostri Domine: miserere nostri, quia
multum repleti sumus despectione. — Quia
multum repleta est anima nostra: oppro-
bium abundantibus, et despectio superbis.

Psalmus 123

Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc
Israel: nisi quia Dominus erat in nobis. — Cum
exurgerent homines in nos: forte viros deglu-
tisset nos. — Cum irasceretur furor eorum in
nos: forsitant aque absorbueret nos. — Tor-
rentem pertransiuit anima nostra: forsitant
pertransisset anima nostra aquam incoctam
bilem. — Benedixit Dominus: qui non dedit
nos in captivum dentibus eorum. — Anima

nostra sicut passer, excepta est de laqueo
 venantium; laqueus contritus est, et nos
 liberati sumus. — Adjutorium nostrum
 in nomine Domini: qui fecit celum et terram.
 Gloria Patri etc. sicut erat, in principio etc.
 Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.
 Pater noster etc. V. et ne nos inducas in ten-
 tationem. R. Sed libera nos a malo. V.
 Domine exaudi orationem meam. R. et cla-
 mor meus ad te veniat. V. Dominus vobiscum.
 R. et cum spiritu tuo.

Oratio

Domum tuam, Domine, clementer ingre-
 dere, et in tuorum tibi corda fidelium
 perpetuam constantem orationem: et
 presta, ut in hac domo nulla malignorum
 spirituum domineus nequicia. Per
 Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde cum aspersione aque, modo supra
dicto, dic psalmos sequentes

Psalmus 124

Qui Confidunt in domino, sicut mons sion:
non commovebitur in eternum qui habitat in
Hierusalem. — Montes in circuitu ejus, et
dominus in circuitu populi sui: ex hoc
nunc, et usque in seculum. — Quia non
relinquet dominus virgam peccatorum super
sortem Justorum: ut non extendant Justi ad
iniquitatem manus suas. — Bene fac, Dñe,
bonis: et rectis corde. — Declinantes autem
in obligatione, adducet dominus cum ope
rantibus iniquitatem: pax super Israel.
Gloria Patri etc. Sicut erat etc.

Psalmus 125

Inconverendo dominus Captivitatem sion:
facti sumus ^{sicut consolati.} ~~letantes~~. — Tunc repletum
est gaudio os nostrum: et lingua nostra exultatione

Tunc Dixerunt

Tunc discent inter gentes: magnificauit Do. 68
minus facere cum eis. — magnificauit domi-
nus facere nobiscum: facti sumus letantes.
Conuerte, domine, captiuitatem nostram:
sicut torrens in Auster. — qui seminant in
lacrimis: in exultatione metent. — Erunt
ibant et flebant: mittentes semina sua. —
Venientes autem venient cum exultatione:
portantes manipulos suos. — Gloria Patri etc.
sicut erat etc. Psalmus. 126

Nisi dominus edificauerit domum: in vanum
laborauerunt qui edificauerunt eam. — Nisi dominus
custodierit ciuitatem: frustra vigilat, qui cus-
todit eam. — Vanum est vobis ante lucem sur-
gere: surgite postquam sederitis: qui man-
datis panem doloris. — Cum dederit dilectis
suis somnum: ecce hereditas domini, filij mer-
ces fructus ventris. — Sicut sagitte in manu

potentis: ita filij exensorum. — Beatus
vir, qui, implens desiderium suum ex ipsis: —
non confundetur, cum loquetur inimicis suis
in porta. — Gloria Patri etc. sicut erat etc.

Psalmus. 127

Beati omnes qui timeant Dominum: quiambu-
lant in viis eius. — Labores manuum tuarum
quia manducabis: beatus es, et bene tibi erit.
Uxor tua, sicut vitis abundans: in lateribus
domus tue. — Filij tui sicut novelle oliva-
rum: in circuitu mense tue. — Que sic be-
nedicetur homo: qui timeat Dominum. —
Benedicat tibi Dominus ex Sion: et videas
bona Hierusalem, omnibus diebus vite tue.
Et videas filios filiorum tuorum: pacem
super Israel. — Gloria Patri etc. sicut erat etc.

Psalmus. 128

Sepe expugnaverunt me a juventute
mea: nunc Israel. — Sepe expugna-

uerunt me a Iuuentute mea: etenim non 69
potuerunt mihi. — Supra dorsum meum
fabricauerunt peccatores: prolongauerunt
iniquitatem suam. — Dominus Iustus Conu-
det Ceruices peccatorum: Confundantur, et
conuertantur retrorsum omnes qui oderunt
Sion. — Fiant sicut fenum tectorum:
quod priusquam euellatur, exaruit. — De
quo non impleuit manum suam, qui metet:
et sinum suum qui manipulos colligit.
Et non dixerunt qui preteribant, bene-
dictio Domini super vos: benediximus uobis
in nomine Domini. — Gloria Patri, et filio etc.
sive erat in principio etc. Kyrie eleyson,
Christe eleyson, Kyrie eleyson. Pater noster, etc.
D. ce ne nos inducas in tentationem. R. sed
liberanos a malo. V. Domine exaudi oratione meam.

Et clamor meus ad te Veniae. *Ps.* Dominus
vobiscum. *R.* et cum spiritu tuo.

Oratio

Omnipotens sempiterna Deus, qui in omni
loco dominationis tuae totus assistis, totusque
operaris: adesto supplicationibus nostris, ut
hujus domus edificatae sis protector: et nulla
hic nequicia contrariae potestatis assistat, sed
virtute Spiritus Sancti, et operatione ejus
fiat tibi hic primum servitium, et deuota
libereas existat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde die Palmas sequentes cum aspersione
aque, ut supra.

Psalmus 129

De profundis clamaui ad te Domine: Domine,
exaudi vocem meam. — Fiant aures tue in-
tendentes: in vocem deprecationis mee. — Si
iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis

Sustinebit. — Quia apud te propitiatio est: 70
et propter legem tuam sustinuit te Domine.
Sustinuit anima mea in verbo eius: Spe-
rauit anima mea in Domino. — Custodia
matutina usque ad noctem: Speret Israel
in Domino. — Quia apud Dominum miseri-
cordia: et copiosa apud eum redemptio. —
Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniqui-
tatibus eius. Gloria Patri etc. sive exat etc.

Psalmus 130

Domine, non est exaltatum cor meum: neque
elati sunt oculi mei. — Neque ambulavi in
magnis: neque in mirabilibus super me. —
Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui
animam meam. — Sicut ablatus est
super matrem suam: ita retributio in anima
mea. — Speret Israel in Domino: ex hoc
nunc et usque in seculum. — Gloria Patri etc.
Sive exat in principio etc.

Psalmus 131.

Memento Domine David: et omnis mansuetu-
dinis ejus. — Sicut iuravit Domino: votum
vovit Deo Jacob. — Si introiero in taberna-
culum domus meae: si ascendero in lectum
strati mei. — Si dedero somnum oculis meis:
et palpebris meis dormitationem. — Et
requiem temporibus meis, donec inveniam
locum Domino: tabernaculum Deo Jacob. — Ecce
audivimus eum in Ephrata: invenimus eum
in campi silve. — Introibimus in taberna-
culum ejus: adorabimus in loco, ubi steterunt
pedes ejus. — Surge, Domine, in requiem
tuam: tu et arca sanctificationis tue. —
Sacerdotes tui induantur iustitiam: et sancti
tui exultent. — Propter David servum
tuum: non avertas faciem Christi tui. — Ju-
ravit Dominus David veritatem, et non

71
frustrabitur eum: de fructu Ventris tui
ponam super sedem tuam. — Si custodie-
rint filij tui testamentum meum: et tes-
timonia mea hec que docebo eos. — Et
filij eorum usque in seculum: seebunt
super sedem tuam. — Quoniam elegit Do-
minus Sion: elegit eam in habitationem
sibi. — Hec requies mea in seculum seculi:
hie habitabo, quoniam elegi eam. — Vidua
ejus benedicens benedicam: pauperes ejus
saturabo panibus. — Sacerdotes ejus indua
salutari: et sancti ejus exultatione exul-
tabunt. — Illuc producam cornu David: pa-
raui lucernam Christo meo. — Inimicos ejus
induam confusione: super ipsum autem
efflorescit sanctificatio mea. — Gloria Patri etc.
Sicut erat in principio etc.

Palms 132

Ecce quam bonum, et quam iocundum:
habitare fratres in unum. — Sicut unguen-
tum in Capite: quod descendit in barbam,
barbam Aaron. — Quod descendit in oram
vestimenti eius: sicut ros Hermon qui des-
cendit in montem Sion. — Quoniam illic
mandavit Dominus benedictionem: et vitam
usque in seculum. Gloria Patri etc.

Palms. 133

Ecce nunc benedicite Dominum: omnes
servi Domini. — Qui statis in domo Domi-
ni: in atriis domus Dei nostri. — In nocti-
bus excelsae manus vestras in sancta: et
benedicite Dominum. — Benedicat tibi Do-
minus ex Sion: qui fecit celum et terram.
Gloria Patri etc. Kyrie eleyson, Chyrie eley-

son, Kyrie eleyson. Pater noster etc. V. 72
et ne nos inducas in tentationem. R.
sed libera nos a malo. V. Domine exaudi
orationem meam. R. et clamor meus ad
te Veniat. V. Dominus Vobiscum. R. et cum
spiritu tuo.

Oratio

Deus qui in omni loco Dominationis tue
dedicator assistis: exaudi nos, quesumus,
ut inuisibilis hujus domus permaneat
benedictio: et beneficia tui muneris uniuersitas
que supplicat, mereatur. Per Christum etc. Amē.

Postea in principiari loco Domus, Lege
Sequentia Evangelia

Initium sancti Evangelij secundum Joannem.
In principio erat Verbum, et Verbum erat apud
Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in prin-
cipio apud Deum. Omnia per Ipsum facta
sunt, et sine ipso factum est nihil, quod
factum est. In ipso vita erat, et vita erat

Lux hominum, et lux in tenebris luget, et
tenebre eam non comprehenderunt. fuit ho-
mo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes.
Hic venit in testimonium, ut testimonium
perhiberet de lumine, ut omnes crederent
per illum. Non erat ille lux, sed ut testimo-
nium perhiberet de lumine. Erat lux vera,
que illuminat omnem hominem venientem
in hunc mundum. In mundo erat, et mundus
per ipsum factus est, et mundus eum non
cognovit. In propria venit, et sui eum non
repperunt. Quod quod autem repperunt eum,
dedit eis potestatem filios dei fieri, his, qui
credunt in nomine eius, qui non ex sanguini-
bus, neque ex voluntate carnis, neque ex vo-
luntate viri, sed ex deo nati sunt. Et Verbum
caro factum est, et abivit in nobis, et
vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti
a Patre, plenum gratie et veritatis. *Re-laus tibi Xpe.*

Cum natus esset Jesus in Bethleem Judee, in diebus Herodis Regis, eue magi ab oriente venerunt Hierosolimam dicentes: Ubi est, qui natus est, Rex Iudeorum? Vidimus enim stellam eius in oriente, et Venimus adorare eum.

Audiens autem Herodes Rex turbatus est, et omnis Hierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum, et scribas populi, scrutabatur ab eis, Ubi christus nasceretur. At illi dixerunt ei. In Bethleem Jude. Sic enim scriptum est per prophetam. Et tu Bethleem terra Iudae nequaquam minima es in principibus Iudae: ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes clam vocatis magis, diligenter didicit ab eis tempus stellae quae apparuit eis. Et mittens illos in Bethleem, dixit. Ite et interrogate diligenter de puero: et cum inueneritis

venuntriare. mihi, ut et ego veniens adorem
eum. qui cum audissent regem abierunt. Et
ecce stella, quam viderant in oriente, ante-
cedebat eos, usque dum veniens stare supra
ubi erat puer. Videntes autem stellam, ga-
uisi sunt gaudio magno. Et intrantes
domum, inuenerunt puerum cum Maria
matre eius. Et procidentes adorauerunt eum.
Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei mu-
nera, aurum, thuris, et myrrham; et responso
accepto in somnis ne redirent ad Herodem,
per aliam viam reuersi sunt in regionem
suam. R. Laus tibi christe.

Sequentia Sancti euangelij secundū lucam.

In illo tempore. missus est Angelus Gabriel a deo
in ciuitatem Galilee, cui nomen Nazaret, ad Vir-
ginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph,
de domo David, et nomen Virginis Maria. et
ingressus Angelus ad eam dixit. Ave gratia ple-

na Dominus tecum, benedicta tu in mulieri- 74
bus. que cum audisset, turbata est In sermo-
ne eius, et cogitabat qualis esset ista salu-
tatio. Et ait Angelus ei. Ne timeas Maria:
Inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce
concipies in utero, et paries filium, et voca-
bis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, et
filius altissimi Vocabitur, et dabit illi do-
minus sedem David patris eius, et regnabit
in domo Iacob in eternum, et regni eius non
erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum:
Quomodo fiet istud quoniam Viri non cognos-
co? et respondens Angelus, dixit ei: Spiritus
Sanctus superueniet in te, et virtus altissimi
obumbrabit tibi. Ideoque et quod nacetur ex
te sanctum, Vocabitur filius Dei: et ecce Eliza-
beth cognata tua, et ipsa concepit filium
in senectute sua: et hic mensis est sextus
illi, que vocatur Sterilis: quia non erat im-

possibile apud Deum omne Verbum. Dixit autē
Maria. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secun-
dum Verbum tuum. R. Laus tibi Christe.

Sequentia Sancti Evangelij secundū Lucam.
In illo tempore. Ingressus Iesus perambulaba-
bat Jerico. et ecce vir nomine Zachæus, et
hic erat princeps publicanorum, et ipse
dives. et querebat Iesum videre quis esset, et
non poterat propter turbam, quia statua pus-
sillus erat. Et precurrens ascendit in ar-
borem suorum, ut videret illum, quia
inde erat transiturus. Et cum venisset ad
locum, suspiciens Iesus vidit illum, et dixit
ad eum: Zachæe festinans descende, quia
hodie in domo tua oportet me manere. Et
festinans descendit, et excepit illum gaudens
in domum suam. Et cum vidissent omnes,
murmurabant, dicentes: quod ad hominem

peccatorem diuertisset. Stans autem Zachaeus 79
dixit ad Iesum: Ecce dimidium honorum me-
orum, domine do pauperibus, et si quid de-
fraudavi, reddo quadruplum. Ait Iesus ad
eum: quia hodie salus domo huic facta
est, eo quod et ipse sit filius abrahae. Venit
enim filius hominis querere et saluum face-
re, quod perierat. R. laus tibi christe.

Deinde benedic incensum hoc modo, et post
benedictionem pone ipsum Super Ignem.

Benedictio.

Per intercessionem beati Michaelis Archangeli,
stantis a dextris altaris incensi, et omnium
electorum suorum, incensum istud dignetur
dominus benedici dicere, et in odorem sanctifica-
tis accipere. Per Christum. *Et Amen.*

A. ostende nobis domine misericordia tuam.

R. et salutare tuum da nobis.

A. domine exaudi orationem meam.

R. et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus Vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

ORATIO

Visita quesumus Domine, habitationem istam,
et omnes insidias inimici ab ea longe repelle,
et Angeli tui sancti habitent in ea, qui nos
in pace custodiant: et benedictio tua sit super
nos semper. Per Dominum nostrum. ~~et~~. Amen.

~~annus~~ + ss + ss + ss + ss + annus
Et Postea facias Signum Crucis super Domum.
et in ea habitantes discendo.
~~annus~~ + ss + ss + annus
Signum Salutis impone, Domine, super hanc
Domum, et non permittas introire in eam An-
gelum percutientem. In nomine Patris, et
Filii, et Spiritus Sancti. Descendat super
vos, et domum istam, et maneat semper. Amen.

Benedictio Auri, Thuris, et Myrrhe, aduer-
 sus Demones inubos, et Succubos, et contra
 insultus maleficiorum, que Consuevit fieri
 in festo Epiphanię; extracta ex sacerdotali.
 Habeas Aurum, Turis, et Myrrham preparata,
 et illa benedic sequenti benedictione.

V. Adjuvorum nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit Celum et terram.

Et Postea duas sequentes psalmos.

Psalmus 93

Deus in nomine tuo saluum me fac: et in veritate tua iudica me. — Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba orationis: Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me: et fortes quesierunt animam meam, et non proposuerunt Deum ante conspectum suum. — Ecce enim Deus adiuua me: et Dominus susceptor est anime mee. — Auerte mala inimicis meis: et in veritate tua

Disperda illos. — Voluntarie sacrificabo tibi:
et Confitebor nomini tuo, Domine, quoniam
bonum est. — Quoniam ex omni tribulatione
eripuisti me: et super inimicos meos Depex-
it oculus meus. — Gloria Patri. etc.

Psalmus 71

Deus Iudicium tuum Regi da: et Iustitiam
tuam filio Regis. — Iudica populum tuum in
Iustitia: et pauperes tuos in Iudicio. — Susu-
piane montes pacem populo: et Colles Iustitia.
Iudicabis pauperes populi: et saluos facies
filios pauperum, et humiliabis Calumniatore.
Et permanebit cum Sole, et ante Lunam: in
generatione, et generationem. — Descendet
sicut pluuia in vellus: et sicut stillantia
Stillantia super terram. — Orietur in diebus
ejus Iustitia, et abundantia pacis: donec au-
feratur Luna. — Et dominabitur a mari

Usque ad mare: et a flumine usque ad 77
terminos orbis terrarum. — Coram illo pro-
cedent Gætopes: et inimici ejus terram im-
gent. — Reges Taris et insule munera
offerent: Reges Arabum et Sabba dona ad-
ducent. — Et adorabunt eum omnes Reges
terre: omnes gentes servient ei. — Quia
liberavit pauperem a potente: et paupe-
rem, cui non erat adjuer. — Parcet pau-
peri et inopi: et animas pauperum salvas
faciet. — Rex usuri, et iniquitate redimet
animas eorum: et honorabile nomen eorum
coram illo. — Et dnet et dabitur ei de auro
Arabie, et adorabunt de ipso semper: tota die
benedicent ei. — Erit firmamentum in
terra in sumis montium, super exolletur
super libanum fultus ejus: et florebunt
de civitate sicut ferrum terre. — Sit nome

ejus benedictum in seculum: ante solem per-
maneat nomen ejus. — Et benedicientur in ipso
omnes tribus terre: omnes gentes magnifica-
bunt eum. — Benedictus Dominus Deus Israel:
qui facit mirabilia solus. — Et benedictum
nomen maiestatis ejus in aeternum: et reple-
bitur maiestate ejus omnis terra, fiat, fiat. —

Gloria Patri, et Filio etc.

Psalmus 66

Deus miserere nostri, et benedice nobis:
illuminet vultum suum super nos, et miseria-
ent nostri. — Ut cognoscamus in terra via-
tuam: in omnibus gentibus salutare aurum. —
Confiteantur tibi populi Deus: Confiteantur
tibi populi omnes. — Letentur, et exultent
gentes, quoniam iudicas populos in equita-
te: et gentes in terra dirigis. — Confitean-
tur tibi populi Deus, Confiteantur tibi popu-
li omnes: terra dedie fructum suum. — Bene-

Dicas nos Deus, Deus, noster, benedicat nos Deus: 78
et metuant eum omnes fines terre. — Gloria
Patri etc.

Antiphona.

Aperitis thesauris suis, obtulerunt magi do-
mino Aurum, Incensum, et myrrham. Kyrie-
eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson. Pater-
noster etc. V. et ne nos inducas in tentatio-
nem. R. sed libera nos a malo. V. ostende
nobis Domine misericordiam tuam. R. et saluta-
re tuum da nobis. V. Domine exaudi oratio-
nem meam. R. et clamor meus ad te ve-
nias. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu
suo.

Oratio.

Omnipotens sempiterna Deus, te humiliter
deprecamur, ut sicut has creaturas Auri,
Incensum, et myrrham a tribus Regibus tibi tan-
tquam Summo Regite Deo vero, et ho-

mini vero oblatas recepisti: benediciere,
consecrare, et sanctificare digneris,
et eis tuę donum benedictionis infundere: ut
quicumque eas gustaverit, ab omni periculo
Animę, et Corporis saluus semper existat.
qui cum Patre, et Spiritu Sancto vivis, et
regnas Deus in secula seculorum. Amen.

Oratio

Domine Iesu Christe, qui nobis sacerdotibus,
non nostris meritis, sed sola dignatione cle-
mentię tuę pro cęteris gratiam contulisti, ut
quicquid a nobis in tuo nomine digne ac per-
fecte agitur, a te fieri credatur. Ad te que-
sumus nostrę officio servitutis, benedici-
cere, ac sanctificare digneris has crea-
turas tuas Auri, Thuris, et myrrę, quas
nos in nomine Sancto glorię tuę bene-

Dicere Confidimus, qui vivis, et regnas cum 79
Patre, et Spiritu Sancto Deo, Per omnia
secula seculorum. Amen.

Oratio

Benedic † itaque, Domine Iesu christe, in
titulum omnipotentie tue, et spem salutis
fidelium venturum, has creaturas Auri,
Turis, et myrrhæ, ut sicut beatorum tres
magos Gaspar, Balthazar, et Melchior, eibi
las offerentes, ad misteria tua cognos-
cenda illuminare, et ad te devote ado-
randum accendere: atque ab insidijs,
et periculis custodire dignatus es: ita
fideles tuos in tua misericordia speran-
tes, qui eisdem creaturis tuis, Auro,
Turis, et myrrhæ, in tuo nomine visi-
fuerint, lumine tuo illustrare, amore

tuo inflammare, et á cunctis aduersita-
tibus, ab omnibusque insidijs, et nocumen-
tis Diabolicis preseruare digneris. Qui
cum Patre, et Spiritu Sancto uiuis, et
regnas in secula seculorum. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

Hac benedictione completa, si quis vex-
atur á demone incubo, Vel succubo, acci-
piat ista tria, Una Cum Ruta benedicta
(posita supra) et faciat sibi breue, et
ad collum deferat Cum Dei timore, et
reuerentia. faciat etiam ex istis qua-
tuor partes, et ponat in quatuor an-
gulis lecti, et liberabitur Deo fabente:.

80

Exorcismus Septimus, ex fuste De-
monum, extractus mirabilis effica-
cie pro his, qui in matrimonio
a demonibus, vel maleficijs diaboli-
ca arte impediuntur, seu malefici-
antur.

Rubrica.

Quicumque arte diabolica in usu matrimonij,
aliquo maleficio impeditur, antequam ad alia
remedia recurrat, hortari debet, ut corde
contritus, et spiritu humiliato, deo, et a
Sacerdoti de omnibus peccatis suis puram
confessionem faciat profusis lacrimis, et
largioribus elemosynis, et orationibus at-
que Jejnijs deo satisfaciat; quibus pre-
missis, Sacerdos seu exorcista simili pre-
paratione munitus, ad ecclesiam pergens
una cum infirmo maleficiato, stans ante

Sacratissime Eucharistie Sacramentum, pre-
missa oratione mentali indutus sacerdotali-
bus indumentis, ibi genuflexus diuinum
auxilium implorans, dicat: *amen*

V. Adjuutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit celum et terram.

V. Saluum fac seruum tuum, et ancillam tuam.

R. Deus meus sperantes in te.

V. Mitte eis Domine, auxilium de sancto.

R. Et de Sion tuere eos.

V. Nihil proficiat inimicus in eis.

R. Et filius iniquitatis non aponat nocere eis.

V. Esto eis Domine turris fortitudinis.

R. A facie inimici.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.


V. Dominus vobiscum.

81

R. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Domine Deus omnipotens, qui sola clemencia et bonitate tue, immense charitatis primum hominem ad Imaginem, et similitudinem tuam creare voluisti, et ad multiplicationem humani generis adiutorium simile sibi ei misericorditer tribuisti. O, altissime Conditor, O, summe, majestatis, et ineffabilis essentie, divine que sapientie Deitas, alpha, et omega, carens principio, et fine: Verbum sine tempore, cui omnia posibilia sunt. O, ineffabilis, et admiranda Deitas, O, summa potestas, O, virtus altissima. In nomine piissimi Creatoris Celi, et terre, tu, qui es benignissimus, et misericors, qui semper es, et ante omnia fuisti, et

post omnia eris, tu omnia finis, et nunquam
finis. quique fasces de ^{virt}uens homo cognos-
cat, quod deus est, Rex Regum, et Dominus
Dominantium, qui pius et misericors, ac
clemens, et benignus, gloriosus, et mirabi-
lis in Sanctis suis,  mundi tenens ma-
nu tua, et absque consilio, et alterius Reis
auxilio, omnes, quod creatum est, impotes-
tate tua Conseruas. Ego quidem de crea-
tura tua, et indignus famulus tuus, et
filius ancillae tuae, licet sim pulvis, et
corde durus, et ignorans, et miser peccator,
et insufficientis mei fragilitate, seu defectu
Virtutis, ad te Confidenter Recurro, Velu-
ti ad tutissimum portum, et Refugium
Singulare, te deum, ac Dominum Reueren-
ter deprecor, et tibi humiliter supplicio, qua-

tum Sicut

tum suo et possum, ut non respicias ad
peccata mea neque ad fragilitatem huius
famuli tui N. sed ad piissimam miseri-
cordiam tuam quatenus digneris nunc me-
cum esse in hoc tuo sancto seruisio. Nec
mibi indigno peccatori tribuas secundum
peccata mea quibus ingratus sum, et
mea temeritate involutus: sed tu, qui
clemens es, et pius, propitius, ac benignis-
simus, mihi adesto et miserere mei, cum
maior sit misericordia tua, quam peccata
mea. quare digneris me exaudire, sicut
exaudisti tres pueros in camino ignis
ardentis: Ionam de ventre ceti: Petrum de
carcere, Mariam Magdalenam a te pro
peccatis suis veniam petentem. Et sicut
exaudisti vocem matris tue, ad nuptias,
et patronem in cruce, et sicut Chatarinam
in tormentis rotarum, et Margaritam a
terrore draconis liberasti; sic, tu, dulcissime

Pater, exaudi me, et mihi misero peccatori
potestatem tuam tribue, quam Confidenter
implora, et concede mihi donum gratiæ
tue, quod a te nunc petto, ut in tuo nomi-
ne euellere, destruere, eradicare, explan-
tare, et effugare valeam omnem magi-
cam, et malignam fascinationem, et omne
opus nefarium Diaboli, et ministrorum
ejus ab hoc famulo tuo N. quibus ejus
potentia generandi alligatur, et impedi-
tur, ne matrimonio ad procreandam pro-
lem vti possit. Quod donum gratiæ tue,
mihi concedere digneris, tu, qui solus, et
Verus es Deus Creator omnium, qui potens,
et misericors es Imperpetuum. Et, ut mihi
hanc gratiam præbeas te laudo, te adoro,
te glorifico, te benedico, et magnifico, et tibi
deose gratias ago nunc, et semper, et in
secula seculorum. Amen.

Hic exorcista surgat ab oratione, et ponens
manum super caput malefici, dicat.

Extinguatur in te N. omnis Virtus dia-
bolica per impositionem manuum mearum,
immo per invocationem omnium sanctorum
Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum,
Prophetarum, Apostolorum, Martirum,
Confessorum, atque Virginum, et omnium
simul sanctorum. In nomine Patris
et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Hic exorcista aspergat aqua benedicta
agrotum, postea legat sequens Evangelium.

Sequentia Sancti Evangelij secundum Joannem.
R. Gloria tibi Domine.

In illo tempore, nuptie facte sunt in
chana Galilee et erat mater Iesu ibi. Vocatus
est autem et Iesus, discipuli eius ad nuptias:
et deficiente vino, dixit mater Iesu ad
eum. Vinum non habent. et dixit ei Iesus.

quid mihi, et tibi est mulier? nondū venit
hora mea. Dixit mater ejus ministris. quod-
cumque. Dixerit vobis facite. Erant autē
ibi lapideę hydrie, sex, positę secundum
purificationem Judeorum Capientes sin-
gule, metretas binas, vel ternas. Dicit ei
Jesus. Implete hydrias aqua, et impleve-
runt eas usque ad summum. et dicit eis
Jesus. Haurite nunc, et ferte Architricino.
et elexerunt. Ut autem gustavit Architri-
cus aquam Vinum factam, et non sciebat
unde esset: ministri autem sciebant, qui
auferant aquam. Vocat Sponsum Architri-
cicus et dicit ei. Omnis homo primum
bonum Vinum ponit, et cum inebriati
fuerint, tunc id, quod deterius est: tu autē
seruasti bonum Vinum usque adhuc.
Hoc fuit initium Signorū Jesus in Chana
Galilee, et manifestavit gloriam suam, et
crediderunt in eum discipuli ejus: R. Lancelotti.

Domine Jesu Christe, Eterni Patris, et
Beate Marię Virginis filius, qui in Para-
dyso terrestri sanctum matrimonium in offi-
cium, et Conservationem, atque multi-
plicationem humane nature, instituisti,
et ipsum matrimonium in aduentu tuo
ex primordijs miraculorum tuorum mira-
biliter honorasti: quesumus Clementiam
tuam, ut per merita, et preces Bea-
tissime Virginis Marię matris tue, et
omnium Sanctorum, et Sanctarum tuorum,
digneris hunc famulum tuum N. quem ma-
rimonialiter coniunxisti, bene H dicere,
et liberare ab omni Ligamento, facramento,
et maleficio Satane, et ministrorum ejus:
et dare ei fecunditatem, et gratiam, ut libere
possit uti matrimonio suo ad generandum
conspiciendum, et nutriendum prolem, Deo, et

hominibus gratiam. qui cum Patre, et Spi-
ritu Sancto vivis, et regnas in secula secu-
lorum. Amen.

Hic exorcista ponat manum super Ca-
put maleficiati et ipsū in fronte signando,
dicat

Conjuratio.

In nomine sanctissime, et individue Tri-
nitatis Patris, Filij, et Spiritus
Sancti. Conjuro vos omnes Angeli terrei,
tam absentes, quam presentes, per eum
qui vos ejecit de Supremo Cælorū habita-
culo, qui feceris malum contra genus
humanum, qui fabricastis, et conservastis
malum, et maleficiū huic creatura Dei
N. a maleficio, seu maleficio procuratum,
vel aliquo ^{alio} modo illi inflicto, et
ubicumque illud sit positum, statim, et
sine mora ab illo loco amoveatis, et virtute

89
Dei omnipotentis illud destruat, et omne
impedimentum illi injectum festinanter
ad nihilum redigatis, ut libere et sine dif-
ficultate matrimonio uti possit ad ho-
nozem Dei omnipotentis, qui illum crea-
vit, et matrimonialiter eum conjunxit.
In nomine Patris, et Filij, et Spiritus
Sancti. Amen. Oratio.

Expelle, Domine Deus omnipotens, per
virtutem tuam ab hac creatura tua. N.
